UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Codicis Dn. Ivstiniani Sacratissimi Principis P.P. Avg. Repetitæ prælectionis Libri XII

Justinian <I., Byzantinisches Reich, Kaiser>

Francofurti ad Moenum, M D LXXXVII.

Collatio VIII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1733

Visual Library

monio &alere [a],&alia omnia miniſtrare eis ſecundum lucratæ ſubſtantiæ menſuram. 1 ¶ Nouimus autem aliquid etiam tale factum:&quia bona gratia [b] viſo diſſolui matrimonio, &recedere quidem antenuptialem donationem ad eum qui conſcripſit, dotem verò ad eam quæ obtulit:tamen occaſione quaſi damni, &aliarum cauſarum,auri quantitas non mediocris vtrique data eſt parti, vt non videretur hoc nuptiale lucrum, neque ſeruaretur filijs ſecundum de hoc leges: ſed extrinſecus accedens quaſi ex alia cauſa lucrum fieret eius qui accipere hoc egit.Ideoque ex hac arte factam curantes læſionem,ſancimus,vt vel ſi quid tale fiat, &adueniat alteri aliquod lucrum: & hoc ſimiliter ſeruari filijs: proprietate quidem mox veniente ad eos, vſu verò ſolo apud lucrantem conſtituto.Sic abſtinebunt omni vitio, ſic omni deſiderio irrationabili:ſic nec inuiti, nec ſponte ſuis nocebunt filijs: ſed erunt temperati, maximè quidem circa ſuam caſtitatem:deinde etiam circa matrimonij affectũ, quem competens eſt habere eos qui ſemel coniuncti ſunt alterutris. Res enim eſt& caſtitate plena,&bonis moribus congrua, &paterno maternoq; affectu plena, vt quod eis parentes ſponte non ſeruant, hoc poſt Deum (qui eſt communis [c] omnibus pater, dicimus autem qui imperium habet) per legem ijs qui à parentibus læſi ſunt, ſeruet:vt hîc quoque ea quæ de lucris & ſucceſſionibus pridem diſpoſita ſunt, teneant. nihil enim eorum innouamus, præter illa ſola quæ expreſſim in hac lege conſcripſimus.

[a] Ea parentũ perſona quæ vſumfructũ habet, liberos alere tetur.

[b] hoc innuitur, Si bona gratia matrimoniũ ſoluitur, & quaſi tranſactionis nomine alter utra perſona aliquid acceperit: nihilominus eius proprietatẽ quidẽ liberi habent, parens autem vſumfructum.

[c] Deus communis omnium pater.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis,& per hanc ſacram declarata ſunt legem,tua celſitudo operi effectuíque tradere feſtinet. Dat.15. Kalend.Ian.CP.Imp.DN.Iuſtinian.PP. A.anno XIII. [d] Iuſt.V.C.Conſ.

[d] i. anno 539.

DE REIS [e] PROMITTENDI.

Tit. XI.

NOVELLA CONST. XCIX.

Imp.Iuſtin.Aug. Ioanni glorioſiſſimo Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

NOVIMVS pridem ponentes legem [f] de electione mandatorum, & fideiuſſorum,& ſponſorum, multas habentem & in commune vtiles noſtris ſubiectis legiſlationes. In præſenti verò & aliud nobis viſum eſt egere quadam explanatione & incremento, non ex genere, neque vſu imperfecto & inutili conſiſtente.

Cap. I.

SIquis [g] enim alterna fideiuſſione obligatos ſumat aliquos:ſi [h] quidem non adiecerit oportere & vnum horum in ſolidum teneri: omnes ex æquo conuentionem ſuſtinere. Si verò aliquid etiam tale adijciatur, ſeruari quidem pactum: non † tamen mox ab initio vnumquemque in ſolidum exigi : ſed interim ſecundum partem qua vnuſquiſque obligatus eſt, cedere autem eum & contra reliquos actionem, ſi & idonei ſunt,& in eo loco. & ſi hoc ita ſe habere videatur : ſi quidem idonei [i] ſint, & præſentes inueniantur, illos periclitari complere, (ſingulos in propria parte) quod ſub alterna promiſſione creditum eſt, aut ex quo omnino obligati ſunt, & non commune debitum proprium cuiuſpiam fieri onus. Si verò minus idonei ſe habere reliqui videantur, ſiue omnes, ſiue quidam: ſiue in partem, ſiue in ſolidum, ſiue abſentes fortè:in illud tenere,quod accipere ab alijs non potuit. Sic enim & illis ſeruabitur pactionis modus,& nullum ſuſtinebit damnum actor, licet aliquid inter ſe illi pepigerint ignorante iſto qui habet eos obligatos: & vnuſquiſque tenebitur in id quod ab initio ſcripſerit, artibus aut dolis aut tranſactionibus præuaricari quæ conſtituta ſunt, non ſinendus. 1 ¶ Sin autem ijſdem commorentur, vtrique aut omnes locis: ſancimus negotij iudicem deducere illos mox, & communiter examinare negotium, communiter autem inferre ſententiam. Sic enim & rei omnes obligabuntur: & ſubſtantiæ eorum qualitas examinabitur: & debitum ſimiliter quidem ſecundum iuſtitiæ, ſimiliter autem ſecundum legum ordinem procedet. 2 ¶ Si autem non adminiſtrator ſit cauſæ iudex, ſed alter aliquis, damus licentiam aut hîc competenti iudici interpellationem ſuſcipienti, aut in prouincijs his denunciatis clariſſimo præſidi, aut cõpetenti iudici cogere per ſuum officium & illos intereſſe liti, & partem eius fieri : vt nullum impedimentum huic noſtræ legi fiat.his omnibus incipientibus in contractibus ſequentis temporis,& ab huius legis diſpoſitione: quod autem ante eam præterijt, poſitis pro his relinquimus legibus.

[e] de duobus reis, *Index Reginæ.* de duobus reis promittendi *Iulian.conſt.92.* dixi 45.ff.2.

[f] *Nouell.*4.

[g] hinc ſumpta eſt authẽtica. Hoc ita *C.de duo.reis.*

[h] Duobus ſimul obligatis, ſi nõ fuerit adiectũ vt in ſolidũ tenerentur, tacitè intelligũtur teneri ex æquo *l.11. in fi. ff.eod.*

† Qui in ſolidum cũ alio obligat[o] eſt, correo idoneo& præſente in ſolidum conuenirinõ põt:non idoneo aut abſẽte, conueniri poteſt *l.26.l.28.ff. de fideiuſ.l.10.C.de fideiuſſ.§.3.Inſtit.de fideiuſ.* &ita abrogatur lex 47. *in f.ff. locati.lex 2.3.§.1.ff. de duob.reis.lex 2.3.Co.eod.*

[i] Beneficium eſt epiſtolæ diui Adriani, quod hîc extenditur ad correos principales. de quo v.legem *vl.C.de conſt.*

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis,& per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua quoque celſitudo operi effectuíque contradere feſtinet. Datum XV.Kalend. Ianuar. CP.Domin. Iuſtinian. PP. Auguſt.anno XIII.Arione V.C.Conſ.

COLLATIO VIII.

DE TEMPORE NON SOLVTÆ pecuniæ ſuper dote [a].

Tit. I.

NOVELL. CONST. C.

Imper. Iuſtinian.Auguſtus Ioanni glorioſiſs.per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario & patricio.

[a] De non numerata dote. *Index Regin.* de dote cauta vel adſcripta nõ numerata *Iul.conſt.93.adde 5.Cod.15.*

PRÆFATIO.

OMNES pecuniæ non numeratæ replicationis, ſubiectas in aliquibus caſibus, nõ examinatas noſtræ reliquerunt leges : ſed prolixitatem earum & effuſionem abbreuiauimus, ne ſua negligentia aut calliditate forſan negotijs fruantur homines, & cauſas præbeant alijs.non enim ſub æqualitate ſemper probationes,erunt eas exhibere volentibus. multa quoque tempus refutat. Quapropter benefacientes abbreuiamus in quibuſdam caſibus pecuniæ non numeratæ querelas : quas licet ex ijs quæ à nobis iam ſancita ſunt, colligere. Quia enim omne † tempus matrimonij dabatur viris donec matrimonium conſtaret, queri de non data dote:interpoſitio quoque maior facta eſt etiam poſt mortem virorum,vt & poſt repudium intra † annum daretur querela: ideo exiſtimauimus breui & compendioſa lege velocem facere & pecuniæ non numeratæ ſuper dote querelam, & liberare à probatione mulieres in talibus ex longo tempore.

† hoc abrogatur ĩ.*eo.c.1.*

† hoc etiam abrogatur ĩ.*eod.*

De dote non numerata.

Cap. I.

SI ergo annis duobus [b] ſolummodo habeat aliquis vxorem, aut etiam his temporibus minus, & non accipiat dotem : nihil ex taciturnitate vir lædatur : neque hæredes viri, licet tacuerit ille: ſed intra [c] annum alium querela moueatur. breuitas enim matrimonij ad hanc nos legiſlationem vocat. Si verò maius biennio tempus, minus autem decennio matrimonium protendatur : damus marito queri, & dicere non illatam ſibi dotem aut in partem, aut in ſolidum: & ſi hoc fecerit, tranſmittere querelam, ſemel marito querente, & muliere quia dedit non probante. 1 ¶ Si autem neque intra decennium [d] queratur, taciturnitate mariti auferimus querelam : neque ei poſt decennium hoc agere ſinemus, nec annum dantes vlterius hæredibus eius. ſitque in hoc non noſtra aduerſus aliquos pœna, ſed libertatis ſubiectorum diligentia. Vbi enim licet in prolixo [e] ſic tempore (decennij dicimus) proponere querelam, ſi tacere elegerit, palam eſt voluiſſe, vel ſi non accepit dotem, omnino eum, aut ſuos reddere hæredes: his valentibus & ſi repudio ſolui contingat matrimonium : in nullo diſcernentibus nobis, ſiue mulier tamquam dotem offerens conſcribat, ſiue pater, ſiue alter quiſpiam

[b] i.ſi duobus annis durat matrimonium.

[c] Si biennio tantum durauit matrimoniũ, exceptio non numeratæ dotis anno poſt finietur *l.Vlt.C.de dote cauta:* ſi plus biennio, non plus tamen decẽnij tempore, tribus poſt menſibus ĩ. Si plus decẽnio, maritus nuquã queri poteſt de dote.

[d] Decennio præſcribitur omnis querela dotis non numeratæ.

[e] Decennium prolixum tempus.

pro ea: tempore in omni caſu tali, ſicuti prædiximus, extendente ſuos effectus, & dante vel perimente querelam. Conteſtationem [a] verò dicimus non in ſermonibus ſolùm: (ſæpe enim indignationis, aut alterius incidens occaſio, talia quædam virum præparat dicere: aut etiam ille quidem dixit nihil, teſtes autem redempti hoc mentiuntur) ſed oportet conteſtationem [b] in literis eſſe. Si autem etiam in iudicio eam aliquis fortè facere voluerit, oportet omnino innoteſcere mulieri, aut ei qui dotem omnino offerre conſcripſit. nam nihil eſt quod prohibeat maritum in ſemetipſum hoc agere, & queri, & quaſi partẽ quidem mulieris quod agitur, ignorare: prouidentiam verò ſui etiam ponere nullo valere modo: & quia vel ab eo querela facta eſt, neſcire.

[a] Querelam non numeratæ dotis conteſtandam eſſe, non nuda denunciatione, ſed literis: in iudicium vocata muliere, aut eo qui pro ea dotem cauit *l. 14. §. 4. Cod. de non num. pec.* Cõteſtatio perpetuat exceptionem & transfert on⁹ probandi in actorem *l. 3. Cod. de non num.* niſi agatur ex chirographo quo adſcripta ſit debiti cauſa, *l. 13. C. de non num.*

[b] hinc ſumpta eſt authẽtica, *Si minor Cod. de temp. in integ. reſti.* & authentica *Quod locum Cod. de dote cauta & non numer.*

Cap. II.

GEneraliter [c] igitur dicendum eſt, intra biennium quidem matrimonio ſoluto ſiue morte, ſiue repudio, & ipſo marito, de non numerata pecunia licere queri & hæredi eius intra alium annum. Si verò vltra biennium vſque ad decem annos matrimonium extendatur: marito damus querelam & hæredi eius intra menſes tres [d]. Si verò tranſcurrerit decennium: tunc neq; marito, neque hæredibus eius querela erit, tempore ad omnia ſufficiente mulieri. Et ſi quidem intra ætatem [e] maritus ſit, & non queratur: tantum ad in integrum reſtitutionem ei damus tempus, vt non tranſcendat duodecim annos à tempore nuptiarum. Nouimus enim eos qui vehementer citius contrahunt nuptias, non minus quindecim annorum ad hoc procedẽtes. qua de re tranſit quintum & viceſimum annum: & erit poſſibile intra viceſimum ſeptimum annum queri de non numerata pecunia dotis: moriente quoque eo intra prædictum tempus, hæredes habere annum ad querelam. 1 ¶ Si autem minores ſint non querentis hæredes, ſiue maioris, ſiue minoris: quinquennium habeant ſolummodo ad mouendam querelam non numeratæ pecuniæ, ſufficiente tempore & non expectante exitum omnium minorum temporum: quod nos ad præſentem legem mouit. muliere namque coniuncta quarto & decimo anno poſt viceſimum annum mortis patris, abutens minori ætate, mouebat quidem contra matrem non numeratæ pecuniæ obijciens rationem poſt quartum & viceſimum nuptiarum annum. quod nos iudicantes curauimus: & propter has circunſtantias, & ætatem minorum in quinquennium in præſenti decernimus lege: illo videlicet non numeratam pecuniam obijciente, qui ſcriptus fuerit dotem ſuſcepiſſe, & ſecundum ſua tempora, ſiue perfectæ ætatis ſit, ſiue minoris, cauſa iudicanda. Valente hac lege ſuper ijs quæ poſtea futuræ ſunt nuptijs. ſuper ijs enim quæ conſtant, ſi quidem reſiduum eſt decennium, aut non minus biennio, hoc habeat tempus in non numerata pecunia, quod ei etiam poſt tranſmiſſionem dabit. Si verò aut minus ei biennio reliquum eſt tempus, aut etiam exceſſit totum decennij tempus: tunc ipſis quidem biennium damus ad querelam nõ numeratæ pecuniæ: eorum autem hæredibus & poſt ſolutionẽ matrimonij intra tres menſes: vt per omnia eis iuſtitiam ſeruemus.

[c] nota regulam.

[d] De tribus menſibus vide Cuiacium *c. 14. de diuer. temp.*

[e] i. initio 25. annorum. Aetas enim id hîc ſignificat. & Græci εἰ μὲν οὖν ἀφήλιξ.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua celſitudo effectui & fini contradere feſtinet. Dat. 13. Kalend. Ianuar. CP. Domi. Iuſtinia. PP. A. anno XIII. Arione V. C. Conſ.

DE DONATIONIBVS A CVRIALIBUS [f] factis, ſiue ab inteſtato vel teſtamento, eorum ſucceſſoribus.

[f] De curialibus, *Iul. conſt.* 93. de decurionibus, *Index regina.*

Tit. II.

NOVELLA CONSTITVTIO centeſimaprima.

PRÆFATIO.

BONÆ nobis ſanctionis occaſionem interpellatio quorundam curialium dedit. Et hanc legem facimus nos ad quoſdam curiales, ſed ad omnes qui nobis obediunt: dicimus autem quantum quidem ad Orientem eſt & quantum Occidens reſpicit, & quantum ex vtriſque lateribus eſt. Quoniam enim ſolicitudo fuit eis qui ante nos fuerunt de curialibus & de collationibus in curias, quidam autem ſunt qui trahuntur ad curiam, quidam verò liberantur, illud ſancimus, licentiam eſſe curialibus non ſolum eiuſdem ciuitatis curiales hæredes inſtituere, (hoc enim hactenus licitum fuit) ſed etiam quoſdam liberos à curia, ſi voluerint inſtituere hæredes, hoc agere ſub hac videlicet conditione, vt offerat modis omnibus ſe hæres ſiue hæredes conditioni curiæ defuncti, id eſt, ex qua ille progreſſus eſt, & curialis ſit particeps functionis, & hæreditatem nullo impediente percipiat. Scientes enim quia hæc res erit in præſenti correctio, quoniam nunc quidem adijcitur curiæ ex iſtis modis in pecunia vtilitas, ex futura verò legiſlatione & curialis & ſubſtantia proficiet, & ‖ florebit curia corporibus pluribus ‖ & ſubſtantias habebit eorum.

Cap. I.

PRopterea ſancimus licentiam eſſe eis qui curiales ſunt, dum teſtamenta [a] condent, vti hæredibus ſiue curialibus eiuſdem ciuitatis voluerint (hoc lege permittentes) ſiue quibuſvis ex ſuo genere, ſiue extraneis ſiue curiales fuerint, ſiue non, ſiue in portionem non minus nouem vnciarum, vel certè in integrum, dantibus ſe tamen curiæ & vnitis eius corpori & explentibus inculpabiliter functiones. Hoc valente circa ipſos filios & nepotes & reſiduos ſucceſſores. non tamen ſecundum modum ſecundum quem antè paululum conſtitutio promulgata circa eos qui ſe curię offerunt, pręceperat, prolem eorum qui ſe obtulerunt ad conditionem non trahens, ſed tanquam ſi ab initio fuiſſent conſtituti curiales, ita & ipſi cum propria prole curiæ vniti & albo & corpori. Neque enim quicquam differt, aut eum qui eſt curialis eiuſdem ciuitatis ſcribere hæredem, aut eum qui mox erit.

[a] Curialis moriens, dodrantem debet Curię, vel ſuis liberis curialib⁹, vel vltro ſe dantibus curiæ. qua de re dictum eſt *Nouell.* 34. 74.

Cap. II.

SEd & ſi quis conſanguineus curialis exiſtens, vel aliter ab eadem conditione liber ad ſucceſſionem curialis defuncti fuerit vocatus, tanquam eius qui non [b] ſcripſerit teſtamentum, voluerit autem & ille ſeipſum dare curiæ, licere ipſi hoc agere, & ſuam voluntatem in actis indicare intra [c] menſes ſex: & pariter curialem cum ſuis ſucceſſoribus atque ſubſtantia pariter & fieri hæredem. nihil omnino ex eadem ſubſtantia expetendo occaſione quartæ portionis ſeu nouem vnciarum, ſemel eo qui ſucceſſerit in hæreditatem aut curiali exiſtente aut mox exituro, & re ac ſubſtantia rurſus ad curiam veniente. Sed & ſi quis donauerit res propriæ facultatis, aut multas aut omnino non minus nouem [d] vnciarum vel curiali eiuſdem ciuitatis exiſtenti vel alio cuidam offerens, tamen ſe & propriam ſubſtantiam atque prolem ſiue quæ eſt ſiue quæ erit, & reſiduam ſucceſſionem curiæ cuius eſt qui donationem fecit, ſancimus valere [e] factam ſub hac conditione largitatem. omnimodo enim nobis ſtudij dignum eſt videre, vt nullo modo ſubſtantiæ curialium alienentur à curia illius ciuitatis cuius ſunt curiales.

[b] Curiali inteſtato mortuo, is ei cognatus ſuccedet, qui munerib. curiæ ſe obtulerit.

[c] *Vide Iulian. conſtit. 93. ca. 353. in fi.*

[d] *Iul. ibid. in princ.*

[e] nihil enim intereſt curiali ſuæ ciuitatis aliquis ꝓpriã ſubſtantiam dederit, an eiuſdem ciuitatis curiali futuro, *Iul. ibid.*

Cap. III.

VT autem non ad colluſionem hęc fieri videantur, & quidam domini effecti hæreditatum curialium aut per donationes, aut per teſtamentum, (ſecundum quod prædiximus) aut ab inteſtato deferantur, & propter hanc oblationem & rebus quidẽ frui velint, oblationem autem ſuam non faciant: Sancimus ſi quidem per donationem hoc quod prædictum eſt dederit, non prius traditionem fieri rerum, ſed hoc manere apud donatorem, donec is qui donationem accepit, inter geſta [f] confecta apud iudicem prouinciæ gratis & citra omnem dationem ſecundum prædictum modum datus fuerit curiæ & mox conſcriptus albo [g], tunc enim etiam res ei dari volumus. Quod ſi donator tradiderit res, & necdum confeſſione facta quæ accipientem ſociet curiæ, etiam ſic defendi quæ donata ſunt curiæ vſque ad nouem vncias in quibus omnino vocari curiam cenſemus. 1 ¶ Quod ſi ex teſtamento aut per vocationem [h] legis qui non eſt curialis ad ſucceſſionem perueniat curialis, tunc mox à morte curialis concurrere curiam & vnà cum defenſore ciuitatis præter læſionem futuram rerum defuncti deſcriptionem [i] fieri rerum præſente etiam eo qui ad hæc vocatur, & res tradi curiæ ſub facto ſignaculo [k] tam defenſoris quàm Deo amatoris epiſcopi, & dum prædicta actio geſtorum facta fuerit apud iudicem prouincię & data fuerit

[f] Donatio à curiali facta non curiali, requirit ſolẽnitatem ſcripturæ *Iul. hic num. 354.*

[g] albo. τῷ λευκώματι *Scrimg.*

[h] i. ab inteſtato. vocantur enim huiuſmodi hæredes à lege nõ à teſtatore *Iulia. hic nu. 355.*

[i] i. inuentarium bonorũ defuncti.

[k] Fiſcus quoties prætẽdit intereſſe aliquod in reb⁹ defuncti, facto bonorũ eius inuentario, eis ſignaculum poteſt imponere.

curiæ

curiæ ſecundum quod frequenter dictum eſt, cum ſubſtantia, & prole quæ eſt & quæ fuerit, tunc eũ & res percipere & eſſe eum dominum ſecundum quod & prior ille curialis fuit, nihil ab illo differre viſus. his geſtis ſine dubio apud iudicem prouinciæ habitis præter omne lucrum & diſpendium. Neque enim ad illuſionem vel ad diſpendium curiæ, ſed ad vtilitatē hanc proferimus ſanctionem, vt in perpetuum valeat augens & corporibus & pecuniis curialium facultates, atque ſubſtantias. Si vero is qui ab inteſtato vocatur curialis hæres, non tamen exiſtens & ipſe curialis, noluerit adire & ſe dare curiæ, curia quidem teneat nouem vncias, tantũmodo autem ipſe dominus efficietur trium vnciarum, quas ei dat & anterior lex vel ſi non fuerit curialis. Quod ſi plures fuerint eiuſdem gradus qui vocantur ad curialis hæreditatem, & quidam dederint ſe, quidam recuſauerint, nouem quidem vncias accipere eum vel eos qui ſe dederint curiæ, tres autem vncias reſiduos qui ex lege vocantur, accipere hæredes. Studij enim nobis eſt omnimodo nouem vncias ad curiales eiuſdem ciuitatis peruenire.

CAP. IIII.

[a] V. *Iulianum hic num.* 336.

SIn autem defunctus fuerit quidam ſuperſtite filia, ſi nupta [a] quidem fuerit curiali eiuſdem ciuitatis, dubium non eſt quia præter calumniam habebit paternas res aut in integro aut omnimodo nouem vncias, ſi fortè ad alium quendam pater voluerit tres vncias peruenire: ſed & ſi non ab initio exiſtenti curiali nupta fuerit, acceſſerit autem quidam ad eius nuptias volens eam ad hoc accipere, vt ſit curialis & dare ſe curiæ, & ſtabiles ei nuptiæ fuerint: etiam ſic habere nouem vncias ſine calumnia, occaſione bonæ circa curiam voluntatis: & qui curialis offertur rebus & gubernabit eas, propter quod & omnimodo mulieri dari eas volumus. Quòd ſi plures fuerint filiæ, & quædam ex his nuptæ fuerint curialibus aut exiſtentibus aut per oblationem factis, nouem vncię quidem inter eas diuidendæ ſunt: ad reſiduas autem tres vnciæ quidem venient, illi autem qui vxores eas acceperint, vſuri ſunt rebus ipſis ad curiales cauſas, licet in dominio ſint vxoris. propterea enim eis dedimus res patris, vt exinde coniuges earum impleant curiæ functiones. Quòd ſi contigerit deficere eam quæ nupta fuerat illi qui ſe curiæ tradidit, ſi quidem filios maſculos de eo habuerit, apud filios erunt res, & ipſi erunt in curia, & nulla tergiuerſatione res indigebit. 1 ¶ Quòd ſi fœminæ fuerint quæ natæ ſunt, ſi & ipſæ quibuſdam nuptæ fuerint aut curialibus eiuſdem ciuitatis, aut qui ſe ipſos dederint curiæ eiuſdem ciuitatis, ſimiliter & ipſę eas habebunt ſine vlla moleſtia, ſubiectas curiæ functionibus per proprios viros. Quòd ſi non nuptæ fuerint curialibus aut qui ſunt aut fuerint, tunc ſecundum datam olim diuiſionem, nuptæ quidem curialibus nouem vncias habebunt, propter quas functiones curiæ compleantur, reſiduis autem ſufficient [b] tres vnciæ. Quòd ſi neque maſculi neque fœminę eis erunt, quouſque vir ſupereſt, habeat earum vſum, explens in eis curiæ functiones. & ſi quidem ad ſecundas venerit nuptias, & filiorum fuerit effectus pater maſculorum ſeu fœminarum, & has coniunxerit curialibus, rurſus ſimiliter curiæ ſeruabuntur corpori. quòd ſi mortuus fuerit, aut ad ſecundas nuptias non venerit, aut filias non procreans eas non ſociauerit curialibus vel qui ſunt vel qui fuerint, tunc recto ordine curia has res accipiet. neque enim vnquam hanc partem curialium copiarum & functionum alienari concedimus: vel ſi ad plurimos redactum fuerit genus ſucceſſionis, quatenus per omnes hac linea deſcendentes, ſiue per maſculos liberos curialium, ſiue per generos dantes ſe curijs, nouem vnciæ curiæ ſaluę ſint. Quam legem valere volumus in omni deinceps tempore, & in cauſis adhuc etiam nunc pendentibus, & quæ conſecutæ non ſunt iudiciali ſententia aut amicabili interuentu abſolutionem.

[b] hic locus oſtēdit legitimam liberorum ſtatuto minui poſſe. qua de re memini me aliàs dixiſſe. Et breuiter, quantitas legitimę augeri vel minui poteſt, tolli non poteſt, niſi certis criminibus parentum *l.* 5. *C. ad l. Iul. maieſtat.*

[c] 6. *Eclog.* 15. de officio moderatoris Arabiæ. *Iulian. conſtit.* 95.

[d] quam Traianus obtemperare Regibus Romanis cõpulit, prouincię nomine impoſito, rectoriſque attributo *Ammian.* 14.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur viſa nobis ſunt, & hac ſacra lege declarata, tua excellentia cuſtodire feſtinet, maximè omnium vtilitatis publicæ prouidentiam omnem faciens. Datum Kalend. Aprilis, C P. Domino Iuſtinia. P P. Aug. Arione V. C. Coſ.

DE [c] MODERATORE ARABIAE [d].

Tit. III.

NOVELL. CONSTIT. CII.

Imper. Iuſtin. Aug. Ioanni glorioſiſ. ſacrorum Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario & patricio.

PRAEFATIO.

CVM pleroſque alios prouinciarum magiſtratus ad meliorem iam formã traduximus, [c] qui humiles abiectique prius exiſtentes, neque vlli rei conuenienter agēdæ idonei, poſtquam in ampliorem conſtituimus ordinem, & valentiores per omnia facti ſunt, & ita rerum adminiſtrationem capeſſere cœperunt, vt vniuerſa in melius commutarentur: tum vero à nobis etiam proconſules & prætores, & moderatores, & veterum horum nominum amplitudo inuenta eſt, auctæque ipſis annonæ, & ſumma [a] poteſtas data, & ante omnia interdictum illis fuit, ne perniciem inferant ſubditis, & multis ad ipſos diripiendos vtantur manibus, iuramentis quoque rem muniuimus omnium horrendiſſimis: [b] neque aliter eis officia tradimus, quàm præſtitis iuramentis, ita codicillis magiſtratus digni ſunt habiti. Cõuertimus igitur & ad Arabum regionem oculos, & requiſita cauſa, quamobrem & publicum laboret inopia, quamquam regio florentiſſima [e] ſit, & tam magnus nos interpellantium numerus ijs locis excedat, & [g] omnes lamententur, alij furta & rapinas, alij iniurias, alij alia damna in querelã deferentes: occaſionem & cauſam huius mali ex imbecillitate & impotentia eorũ qui magiſtratum ibi gerunt, prouenire deprehendimus. Erat enim ita tenui poteſtate præditus is qui ciuili magiſtratu defungebatur, vt [d] ei qui præeſſet armis, ſeruili propemodũ more manciparetur, & in illius arbitrio huius ſalus eſſet poſita, aut vt ne eſſet quidem omnino hic magiſtratus. Inde adeò & longum tempus eſt, ex quo is deſierit, & militaris ea quæ ciuilem magiſtratum concernunt, peragat. *Cùm tamen neq; ſibi neq; ipſi per omnia ſufficiat. In hoc enim eſt, non vt vtilitatem aliquam ſubditis adferat ſed vt vtrinq; lucrum capiat.*

CAP. I.

HÆc nos ad ſuſcipiendum pręſens conſilium excitarunt: & præſenti vtentes lege, magiſtratum ad pulchriorem formam tranſponimus, benigneque & ipſi Moderatoris appellationem largimur, (id quod etiam in Ponto fecimus [e]) & ſpectabilium magiſtratuum ius concedimus, vt in nullo ſit Duciano [f] inferior [g]. Sed & publicis [h] exactionibus cum ſumma vehementia adhæreſcito, adhęreſcito etiam priuatorum vtilitati, neq; committito, vt vel ſpectabilis dux, vel tribunus, vel aliqua potentiorum domuum, vel etiam ſacrum patrimonium, vel ſacræ noſtræ res priuatæ, vel ipſa ſacra noſtra domus, qualecumque ſubditis noſtris damnum irroget: neque facile ſuccumbito, neque formidinem [i] contrahito, ſed viriliter ſubditis præito, & ante omnia Deo pariter ac nobis, & legi puras conſeruato manus, ſi quidem ijſdem iuramentis & hunc ſubmitti volumus, quibus & cæteros magiſtratus ſubmiſimus. Deinde cum codicillis percipito etiam Imperialia mandata: quæ tam ante nos legumlatores, quàm vetus illa reipublicæ forma nouit, & nos cum penè obſoleuiſſent, denuò reparauimus, & in rempublicam reduximus: vt ea ſemper adhibeat veluti in colloquium, & iuſſiones noſtrás cuſtodiat. Nam ſi illas ſanè ſecutus fuerit: nõ eſt cauſa, quamobrem non omnia illi pręclarè & ex animi ſententia occurrant, & legum beneficio ad ſummam ipſe in rebus gerendis facilitatem & iuſtam facultatem perueniat.

CAP. II.

PRincipio igitur (vt diximus) ſtudio ſit illi publicorum tributorum exactio, deuotis quidem humano paternoque ſe affectu exhibens, indeuotis vero vehementem & ſeuerum. Deinde curam geret etiam reipublicę, & vt rectè in ea atq; ordine omnia fiant, néve tumultibus & ne ſeditionibus dediti ſint vel Boſtreni [k], vel

[a] καὶ ἐξουσία δέδοται πᾶσα.

[b] φοβερωτάτοις.

[c] Arabiæ locus V. *Amm. lib.* 14.

[d] Ciuiles magiſtratus regionum non ita ſunt negligendi, vt eorum dignitas p̄ militaribus vileſcat.

[e] V. *de moderatore Helenoponti Nou.* 28.

[f] .i. duci militari *Iul. hic.*

[g] dignitas magiſtratus ciuilis Arabiæ.

[h] obiecta moderatoris Arabiæ.

[i] Iulianus ita habet, ſi Iuſtiniam ſecũ habeat non timeat neq; ducem, neque Phylarcũ .i. Saracenorũ ducem, neq; potentiũ domus &c. *hac ille.* Phylarchi ergo, Iuſtiniano teſte Saracenorũ duces ſeu optionũ Procopius 1. *de bello Perſico.* οὐδεὶς δὲ οὔτε Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἄρχων οὓς δοῦκας καλοῦσιν, οὔτε Σαρακηνῶν τῶν Ῥωμαίων ἐνσπόνδων ἡγούμενος οἳ φύλαρχοι ἐπικαλοῦνται. *& poſt* καὶ αὐτὸν βασιλεὺς φύλαρχον τῶν ἐν Παλαιστίνῃ Σαρακηνῶν κατεστήσατο. Theodorus Anagnoſtes 2. Ἀλαμουνδάρου τοῦ φυλάρχου Σαρακηνῶν *Vide Cuiac. ad l. 7. Cod. de exact. tribut.* Sextus Ruffus. Phylarchi Saracenorum in Oſroenam ceſſere ſuperati. Iornandes. In Oſroene. Saracenorum Phylarchi deuicti Romanis ſe dediderunt. *Idem ad Nouell.* 22. adde & illud ex Ammiano 24. Malechus Podoſaces nomine, Phylarchus Saracenorum Aſſanitarum, famoſi nominis latro.

[k] Boſtra, ciuitas Arabiæ. de qua aliàs dixi *Ammian.* 14. præcipuas Arabiæ ciuitates facit Boſtram, Gezazam atque Philadelphiam.

[a]hi, & quę à vetuſtate permiſſa ſunt ad delectationem, ea [c]onuertant in furorem & cædes. Habebit item ſecundùm mandata noſtra dicto ſuo audientes milites (ſiquidem & hoc inde licebit deſumere) neque vllam omnino rem negliget quæ commoditatem aliquam in ſe habeat. Quemadmodum enim in Ponto [a] cum Moderatore egimus, ita & ipſum per eadem eius magiſtratus veſtigia ingredi facimus. Eritque & ipſe ſpectabilis: & conſimiliter cùm alia multa, tum etiam ea quæ appellationes concernunt, adminiſtrabit. Sed neque ad modum prioris dumtaxat ſolatij reſiſtemus. Volumus enim, vt ipſe quidem per cauſam annonarum & reliqui ſolatij percipiat quindecim auri libras, adſeſſor verò eius magiſtratus duas libras, & cohors eius nouem auri libras habeat. Et quamquam (vt diximus) ex Imperialibus mandatis iam etiam militibus præeſt: erit tamen vobis curæ, vt nonnullos illic ſtatiua agentes militares numeros & ei ſubdamus qui in hoc magiſtratum gerit: vt illi ſoli obediant, eiusque formulis ac præſcriptis cedant & obtemperent. Non igitur communionem omnino habebit aliquam ſpectabilis Dux neque cum militibus, quos expreſsè huic aſſignabimus, neque cum pagano aliquo, neque cum illorum litibus, ſi quas inter ſe habent, neque ſi paganorum aliquis in ius producatur. Nullum denique habeat cum paganicis cauſis commercium: quandoquidē magnum [b] in medio interuallum eſt inter ciuilem & militarem adminiſtrationem: diſcernuntorq; ea inter ſe quemadmodum patres noſtri in republica iſta ordinarunt & inſtituerunt. ſcituro ſpectabili duce, quòd ſi rebus ſe ciuilibus immittere auſit: neque militaria retinebit, ſed & illis ſpoliatus priuatum aget, & huius magiſtratus Imperio ſubditus erit.

CAP. III.

ATque hæc nobis item de magiſtratu regionis Arabicæ ſancita ſunto. Perſuaſum enim habemus voluntate Dei, quòd ea res ad melius profectura ſit. Ex quo enim neque pecuniis pepercimus, & annonas illi auximus: inde adeò certò ſcimus, quòd & is qui hunc magiſtratum gerit, talem ſe circa verè publicorum tributorum exactiones præbere ſtudebit, vt non damnum exinde, ſed iuſtum lucrum fiſco adducat. Illud ſanè fieri obtinereque volumus, vt ſpectabilis dux inde annonas ſuas percipiat, vnde prouinciæ præſes iuſſerit, cùm manifeſtarium ſit, non cum tanta eum ignauia his rebus admoturum animū, vt ſuas ipſe annonas exigere nequeat: ſciens quòd ſi quid hæc contra fecerit, quindecim librarum auri pœna mulctabitur. Dat. VI. Kal. Iun. Conſtantinop. D N. Beliſ. V.C. Conſ. [c]

DE PROCONSVLE PALAESTINAE.[d]

Tit. IIII.

NOVELLA CONST. CIII.

Scripta Ioanni glorioſiſ. ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario, & patricio.

PRAEFATIO.

IAM quidem & alios gentium præſidatus maiores reddidimus, qui prius humiles pariter erant, & ad aliquid fortiter agendum impotentes: & tam inter ſpectabiles ipſos conſtituimus, quàm etiā annonas ipſis, adſeſſoribusq́;, & cohorti auximus: & inter alia omnia, quæ benignè illis elargiti ſumus, vt item de appellationibus cognoſcerent, præbuimus: aliosque honore proconſulum exornauimus, alios (vt appellant) comitum, alios prætorū, alios denique moderatorum: & ſemper præclaro aliquo adinueniendo, nouum veluti florem noſtræ addimus reipublicæ. Venit autem nobis in mentem & metropolis Cæſarea, quæ in prima Palæſtina principatum tenet, quam præ cæteris maiore etiam honore perfrui oportebat: propterea quòd & quondam proconſul ipſam tenuit, & præfectus talis magiſtratus fuit, licet poſtea ab ampliore dignitate ad minorem tranſierit: nimirum cùm vna prius tota Palæſtina eſſet, ea deinde in tres diuiſa partes, & neque proconſulatum retinente, ſed ad magiſtratum hunc (vt appellant) ordinarium delata. Quanquam ſanè & vetuſta vrbs ſit, & ſemper ampli nominis fuerit, tam cùm Strato [f] primus eam in formam vrbis

[a] ſeu Helenoponto.

[b] Magnū interuallū eſt inter ciuilem & militarem adminiſtrationem.

[c] .i. anno 535.

[d] 6. *Eclog.* 16. de off. pconſ. Palęſtinæ *Iulian. conſt.* 96. quam Pompeius Iudæis domitis & Hieroſolymis captis in puinciæ ſpeciem rectori delata iuriſdictione firmauit *Ammian.* 14. Ea olim terra Canaan ſcripturis cognita.

[e] Cæſarea, metropolis Palęſtinæ primæ coloni Veſpaſiani *vlt. C. de ſenſib.* à qua Cęſarienſis aduocatio *adde l. pen. C. de fideiuſſ.* Cæſarienſes quondam ſupra 20000 Iudęorum apud ſe habitantium vna die trucidarunt 2. *Ioſeph.* 19.

[f] Strato fundator Cæſareæ.

redegit, qui mutatis ſedibus excedens Gręciā huius conditor extitit: quam cùm diuæ memoriæ Veſpaſianus [a] celebratiſſimus ille Imperator, qui piæ memoriæ Titi pater fuit, quod illi ad ſummam gloriam vel ſolum potuit ſufficere, ipſorum Cæſarum appellatione eam nominauit, cùm antea Stratonis [b] turris vocaretur: hoc illi honore impenſo, eo quod in ea poſt [c] Iudaicas victorias inter Imperatores adſcriptus eſſet. 1 ¶ Cernimus autem, quòd & magnæ admirandæque regionis Imperium habeat ea prouincia, & quam maximam reipublicæ noſtræ gratiam & ſenſum exhibeat, tam tributorum magnitudine, quàm deuotionis exuperantia, præbeatque ampli [d] nominis ciuitates, ac bonos ciues enutriat, & omni doctrinarum genere refertos, neque non inter ſacerdotes celebres, & (quod omnium maximum eſt) quia vniuerſi conditor dominus noſter Ieſus Chriſtus [e], verbum illud Dei, & totius humani generis ſalus in ea [f] comparuerit, dignatusque ſit aſſumere noſtra.

CAP. I.

HAnc igitur quomodo non honore afficiemus, & prouehamus ad formam proconſularem, concēdamusque illi qui in ea defungitur magiſtratu, vt proconſul pariter ſit & vocetur, id quod facimus per hanc pragmaticam formam? Appellari autem eam volumus & Cæſarienſium [g] priuilegium. Et qui eum magiſtratum gerit, proconſulem [h] efficimus: præbemusq́; ei, vt inter ſpectabiles adſcribatur. & omnia habeat quę eiuſmodi magiſtratus ſunt propria: audiat etiam prouocatione ſuſpenſas lites vſque ad decem auri libras, quæ ex vtraq; ad ipſum Palæſtina deuoluuntur: valeatque omnino talis exiſtere, vt iuſſiones noſtras præclarius & maioribus cum viribus queat ad effectum deducere. Vtetur autem & veneranda illa atque antiqua Veneta [i], (de purpurea planè ſtola loquimur) in [k] ſacris eam mēſium feſtis induens. venuſtumque ſe præbeto tanto redimitus honore, & multis imperato militibus ac tantis: & quicquid denique vel publico, vel noſtris vtile eſt ſubiectis, facito. Cæterum per occaſionem annonarum [l] præbemus illi viginti [m] libras auri, quas tam inter ſe, quàm adſeſſorem ſuum & obtemperantem ſibi cohortem diuidat, quó ipſe voluerit modo, per ſuggeſtionem nos de iis certiores reddens, vt ſacra pragmatica forma eam diuiſionem corroboremus. Neque enim ſuſtinuerimus videre, aut vt ipſe adſeſſorque eius ſub priſtina tenuitate annonas percipiant, aut vt cohortem eius, quanquam circa tot tributorum illationes laborantem periclitantemque, omni deſtitutam auxilio nō ſubleuemus, quo maiore cum beneuolentia & illi appareant, & publica tributa exigant, & iniuſtis rapinis abſtineant.

CAP. II.

INſuper nullam omnino cum ciuilibus cauſis publicorumque tributorum profligationibus communionem habebit pro tempore ſpectabilis eorum locorum dux: ſed ipſe omnes [n] publicas priuatasq́; cauſas (prout dictum eſt) diſceptabit, & maximè omnium prouidebit, vt publica tributa ſine retardatione detrimentoq; inferantur, & puris ipſe vtatur manibus. Qua quidem re diligenter obſeruata, cùm & ſpectabilis vir Stephanus, qui nunc primus in ea verſatur, magnā laudem conſecutus ſit: prorſus in eam opinionem venimus, ſumpta videlicet ex antecedentibus coniectura, quòd rurſus hoc faciet. Maximè omnium verò curam geret, vt quęque ſuo ordine fiant in ciuitatibus, neque popularis aliquis tumultus excitetur in vrbibus. Si quidem & hoc eius, cùm in magiſtratu eſſet, proprium fuit: qui cùm prouinciam tum ex aliis occaſionibus, tum verò maximè ex diuerſitate [o] religionum ſeditionibus laborantem ſuſcepiſſet: euidenter pacatam eam reddidit, & omni motu ac turba liberauit quod ſanè nunc illi quoque, vt faciat, iniungimus Et ſi quando res ita ferat, vt etiā in ſecundam Palæſtinam excurrat, & ibi tumultus ſedet, neq; committat vt incommodè aliquid illa geratur, & præſertim in illa:

[a] id tamen communiter ab omnib. hiſtoricis tribuitur Herodi regi Iudeę idq́; in honorē Octauiani *Ammian. lib.* 14. *Ioſeph.* 19. *Antiquit.* 7.

[b] Turris Stratonis, Cæſarea: Ptolomæus. Hieronymus refert vocatam etiam fuiſſe Acaron.

[c] v. Ammianum *d. loco.*

[d] & quaſi ad perpendiculū æmulas, ita vt nulla alij cedat. Prēter Cæſareā autē enumerat Eleutheropolim, Nicopolim, Aſcalonē, Gazam. Ammianus *d. loco.*

[e] eiusq́; apoſtoli & quidē Cæſareæ fit mentio *Act.* 8. *act.* 9. 11, 18. 21.

[f] .i. Palęſtina, quę terra Canaan, *vt dixi*, eam occuparunt Iſraelitę, annis 1399. ante Chriſti aduentū: ante Titi tempora 1469. In eadem Palæſtina, fuit Iudæa cuius metropolis Hieroſolymæ. fuerunt etiā, Galilea, Samaria, præſentia Chriſti illuſtratæ.

[g] Cæſarienſium priuilegium, i. forma pragmatica ad Cęſarienſes.

[h] Proconſul Palęſtinæ.

[i] ἀρχαία τηβέννῳ *Scrim.* induatur tebennū *Iulia. hic.* τήβεννος (cuius fit etiam mentio à Plutarcho) eſt trabea Romuli. Polluci & Themiſtio τήμενος, cuius inuentor Timenus Arcas. Stola proconſularis *Nouel.* 31. Eunopius τὴν περιπόρφυρον ἐσθῆτα τήβενον ῥωμαῖοι καλοῦσιν, Dionyſius Halicarnaſſæus 6. τηβέννας τὰς καλουμένας τραβέας. Polybius ιϛ. λαμπρὰν τήβενναν λαμπρὰν ἐσθῆτα. v. *Cuiac. hic.* [k] ἐν ταῖς ἱερομηνίαις. [l] Annonæ proconſularis Palęſtinæ. [m] id eſt, 712. aureos. [n] Obiecta proconſularis Palęſtinæ. [o] Regiones ſeditionibus obnoxiæ propter diuerſitatem religionum. *adde Nouel.* 17. *c.* 11. *Edictum.* 2. *Iuſtinian.* 1.

quando-

quandoquidem & multos illic tumultus exiſtere cernimus, neque leues horum euentus.

CAP. III.

QVòd ſi etiam militibus indigeat, qui in prouincia ſtationes habent: adiungimus & hos illi ex quo militarium numerorum ſtrenuitatem compertã habemus, tam in tuenda dignitate vrbium, quàm conſeruanda moderatione in iis qui ruri habitant, & exigendis tributis publicis. Sacra pragmatica forma, quæ ad eam illi rem prius data eſt, nunc quoque rata manente, quæ non vult, vt vel ſpectabilis dux, vel glorioſiſſimus magiſter militum licentiam habeat, militum præſidia quæ apud illum conſtituta ſunt, ab illo abſtrahendi, ne quis exinde in ciuitatibus oriatur motus ac turba: id quod nunquam eventurum eſt, ſi ille & ciuilem magiſtratum gubernet, & inter publicorum tributorum collatores rectæ diſciplinę prouidentiam accommodet, tam in auxilium paratos habens milites, quàm ſi quid indecore vel ab ipſis, vel ab aliis per ipſos geratur, corripiens. 1 ¶ Eruntq; omnino inter ſe diſtincti [a] officiis ſpectabilis locorum Dux, & is qui proconſularem gerit magiſtratum. Nam ille quidem militibus, & limitaneis, ac fœderatis, & quicquid omnino in prouincia armatæ militiæ adſcriptum eſt, præibit, exceptis his militibus qui proconſuli deputati ſunt: hic verò tam pro ciuilibus perſonis, quàm rebus, & præſidiis militum illi adhærentibus prouidentiam adhibebit & cuſtodiam. Certè publicorum [b] tributorum nomine, aut per cauſam motæ in populo ſeditionis nemo prorſus à ſpectabilis proconſulis iuriſdictione eximetur. Sed omnibus imperabit, omnibus præcipiet. neque quiſquam eius reſiſtet formulis ac diſpoſitionibus, aut vllum habebit prætextum vel defraudandi publicum, vel ciuibus inferendæ iniuriæ, publicæ ſeditionis auctor factus, aut etiam vtetur vel cinguli, vel dignitatis, vel ſacerdotij, vel cuiuſlibet alterius cauſæ prærogatiua: ſed eo ſolo ſeipſum noxa liberabit & ſupplicio, ſi nullam noxam contrahat. 2 ¶ Hæc igitur (vt diximus) & huic magiſtratui concedimus, & conſeruare perpetuò per hanc ſacram pragmaticam legem volumus. Sed & vt excellentia tua perpetuo ipſam conſeruet & eo modo particularibus thronorum tuorum diſpoſitionibus ac formulis adſcribat, ſancimus: neque nõ vt omnes Palæſtini, qui in ſequenti futuri ſunt tempore, cognoſcant, quòd denuò proconſulare ipſis ius reſtitutum ſit, ſummuſque in prima [c] Palęſtina, magiſtratus Proconſul rurſum ſit, vt olim, qui liberatus priſtino faſtu, nunc in honore quàm qui ciuitati debeatur, futurus ſit maiore, & priore liberata ſupercilio, in maiore nunc honore erit, nempe ciuitati debito.

[a] Dux militum Paleſtinæ diſtinctus à proconſule Paleſtinæ.

[b] Duo ſolent pręcipuè cõmendari pręſidibus prouinciarum, quies regionis c. 2: & exactio tributorum vt hic.

[c] Paleſtinæ duæ, Prima & ſecunda *Nouell.* 8. c. 14 *edictum* 1867.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram declarantur legem, ea ſtudeto excellentia tua effectui & fini tradere.

Nouella 104 (quæ Latina fuit) epitome partim ex Haloandro partim ex Iuliano.

DE PRÆTORE [d] SICILIAE.

Tit. V.

NOVELL. CONSTIT. CIIII.

1 HABETO Sicilia prætorem, qui & res ciuiles tractet & curã gerat militaris impenſę. 2 ¶ Publica tributa Siciliæ non pertinent ad ſolicitudinem prætoris, ſed cenſentur ſub comite patrimonij Italiæ [e]. 3 ¶ Prouocationes à Sicilia in hanc ciuitatem venientes apud excellentiſſimum quæſtorem ventilentur. Et ſi defenſorum ciuitatis vel patrum [f] creandorum decreta opus ſit celebrari, apud eundem illuſtriſſimum virum celebrentur.

[d] 6. *Eclog.* 12. De officio quęſtoris *Iulian. cõſt.* 97: adde Nouell. 75. s. *eod.* quæ eſt de appellationibus Siciliæ.

[e] Comes patrimonij Italiæ, Comes largitionum Italicarum.

[f] *Iul. hic*, vt *Nouel.* 75. alij legunt primorum.

DE CONSVLIBVS [g].

Tit. VI.

NOVELLA CONST. CV.

Idem Auguſt. Strategio comiti ſacrarum largitionum exconſuli, & patricio.

PRAEFATIO.

CONSVLATVS nomen & cauſa priſcis quidem Romanis aduerſus [a] hoſtium adinuentum eſt vtilitatem: & in decretis quæ eis ordinatio communis dabat reipublicæ figura, ſortiebantur repentè prouincias in quibus Romani bellum habebant: & ſecundum has ſortiebantur faſces [b]. ſequens verò tempus in [c] imperatorum pijſſimorũ tranſponens bellandi & pacificandi poteſtatem, ad largitatem ſolam cauſam conſulibus mutauit, & hanc temperatam & ordinatam, menſuramque non excedentem. paulatim verò quidam ita ſumptuosè cauſam aggreſſi ſunt, vt ſuam quidem ederent magnanimitatem, non tamen cogitarent, quia exemplum aliud non haberent. nõ enim ad plurimos venit ſubſtantiæ magnitudo tranſcendens etiam magnificentiam animę, non menſura rei, ſed propria magnitudine proueniens. Quia igitur videmus periclitari conſulum nomen, quod ex temporibus ita prolixis, & ad milleſimum propè annum veniens, cum Romanorum republica pullulauit: propterea credimus oportere cauſam comprehendere, & immenſitatem eius recidentes, ad beneplacitas conſulares ſtatuere expenſas: quatenus continua ſit Romanis, omnibus autem bonis viris exiſtat acceſſibilis, quoſcunque huiuſmodi nos dignos eſſe honore decreuerimus. Cuncta ſi quidem perſcrutantes perſpeximus quantũ eſſe conueniat quod datur. A Marciano [d] itaque imperatore eximio ſcripta lex eſt, quæ volebat non ſpargere pecunias conſules. & ipſa eius conſtitutionum prima fuit. Igitur & poſt prædictam conſtitutionem, quoniam inuenimus quòd quidam hanc ſequentes, nihil ſpargere populo paſſi ſunt, alij autem & vltra legem agere hæc petẽtes, & promerentes quæ petiuerunt, deinde ad ſui animi reſpicientes mẽſuram circa adſperſionem largitatem vltra terminum celebrauerunt: quidam verò medium [e] bene eligentes, mediocribus pro plurimis contenti fuerunt: quoniam etiam nos præcedentibus, quod medium eſt, optimum viſum eſt eſſe, tanquam ex vtroque ſummis periclitantibus mox ad immenſitatem procedere: propterea exiſtimauimus & nos de hoc definire quod decet: vt nihil nec immenſum nec inordinatum ſit, neque noſtrorum temporum indignum.

De ſeptem proceſſionibus conſulum.

CAP. I.

QVantumcunque ergo competens eſt dari, ab eo qui à [f] nobis eligitur per annum [g] conſul, occaſione ſportularum omnium, & diſtributionum & expenſarum: hæc omnia competenti ſcriptione huic noſtræ interponi ſacræ iuſſimus legi. In legis enim hoc ponimus ſchemate, tranſcendenti etiam pœna quædam inferatur competens. Proceſſiones [h] autem eorum eſſe volumus ſeptem. Si enim ad hoc adinuentum eſt, vt ſpectacula ad [i] animi voluptatem agantur populo, hæc au-

[a] ne id ita intelligas, quaſi cõſules tantum electi, cùm bellum futurũ eſſet: ne etiam intelligas, bella à ſolis conſulib⁹ geſta. nam eo fini interdum dictator creabatur *l.* 2. §. 18. *ff. de orig. iur.* §. 6. *Inſtit. de iure naturali*: *l.* 1. §. 7. *Co. de veteri iure*: ſed quòd cõſularis poteſtas aduerſus tyrannidem Regũ ſit inuenta. & videtur Iuſtinianus hoſtium vocabulo Reges tyrannos intelligere. de conſulũ poteſtate. *vide l.* 2. §. 16. *ff. de orig. iur*: *Cic.* 3. *de legibus.*

[b] duodecim *Halicarnaſ.* 4

[c] *Nouell.* 47: *l.* 2. §. 11. *ff. de orig. iur*: *Ammia. lib.* 14.

[d] *l.* 2. *Cod. de conſulibus.* & *non ſpargendis ab his pecunijs.*

[e] Virtus eſt, medium vitiorum vtrinque reductũ, *Horat.*

[f] Olim conſules eligebantur è populo. Poſtea ab imperatore, Auſonius *in Gratiarum actione.* Nunc autem quod diei huius proprium, de conſulatu gratias agam. *& pòſt*, obnoxiam tibi vni ſinas fieri mei conſulatus dignitatem, quem omnibus prætuliſti. Quod quidem & ipſe ſibi inuenit gradus, cum clariſſimo viro collega meo honore coniunctus, nuncupatione prælatus. Conſul ego, imperator Auguſte, munere tuo, non paſſus ſepta, neque campum, non ſuffragia, non puncta, non loculos: qui non prenſauerim manus, nec conſalutantium (ſic enim lege, non *cum ſalutantium*) confuſus occurſu aut ſua amicis nomina non reddiderim aut aliena nõ impoſuerim: qui tribus non circumiui, centurias non aduolaui, vocatis claſſibus non intremui, nihil cum ſequeſtre depoſui, cum diribitore nihil pepigi. Romanus populus, Martius campus, equeſter ordo, roſtra, ouilia, Senatus, Curia, vnus mihi omnia Gratianus. *& poſt.* Feciſti actum & facies alios quoque conſules, pijſſime Gratiane, ſed non & cauſa pari. [g] Conſulatus erat olim magiſtratus annuus, qui, ni interfuiſſent decem anni, nemini deferebatur. Cicero 3. *de legibus.* Eundem magiſtratum ni interfuerint decem anni, ne quis capito. Ciuitatem annali lege ſeruanto. Lege annali intelligit vt opinor imperium annuũ. Hęc poſtea vel neceſſitate, vel ambitione, vel vi deſueta. idque oſtendunt ſex Valerij Coruini, ſeptem Caij Marij, tredecim Auguſti, ſeptemdecim Domitiani conſulatus, *vide Auſon. in gratiarum act.* [h] προόδους. Non licet pro nunciatione huiuſmodi proceſſionum ſex plus nummis accipere *l.* 26. §. 2. *Cod. de epiſc. audien.* Conſtitutum eſt etiam, vt vxor marito ad iſtiuſmodi proceſſum donare poſſit *l.* 41. *ff. de donationibus inter vir.* Puto huiuſmodi proceſſionem vocari tranſitum. eoq; ſenſu legimus ſeruum manumitti poſſe in tranſitu dum ludorum gratia procedit prætor, aut proconſul, legatúſve Cæſaris *l.* 7. *ff. de manumiſſ. vindict.* [i] finis ſpectaculorum.

tem à nobis determinantur in Circenſibus [a], & beſtiarum [b] ſpectaculis, & thymeles [c] delectatione, nullo horum noſter priuabitur populus: ſed erit quidem ei proceſſus primus [d] quo ſuſcepit conſulatum, & huius poſſidet codicillos, Kalendis [e] Ianuariis. poſt [f] illum vero ſecundum aget ſpectaculum certantium equorum, (quã mappam [g] vocant) & tertium [h] qui theatroquinegium [i] dicitur, non bis, ſed ſemel exhibendum. & poſt [k] illud, quod dicitur totius [l] diei, multa delectatione implebit populum: hoc quod vocatur Græcè παγκράτιον [m], & cum beſtiis pugnantes homines, & vincentes audacia, inſuper & interemptæ beſtiæ. Quintum [n] quoque faciet proceſſum, qui ad theatrum ducit, quem [o] adorna vocant: vbi in ſcena ridiculorũ [p] eſt locus tragœdis & thymelicis choris, & ſpectaculis vniuerſis, & audibilibus [q] apertum eſt theatrum. rurſus [r] quidem ſpectaculum equorum certantium edit, ſeu quæ vocatur [s] hippomachia [t]. Sextum agens hunc conuentum, ex [u] hoc deponit annalem hunc honorem, in depoſitione agens ſolennem editionem [x]: & ita ſeptem noctium [y] & proceſſuum cõplebitur curſus: nullam ſpecierum antiquitus ſtatutarũ derelinquens. Vnam ſi quidem aliam adinuenire mappam [z], duoque continuare, quæ vocantur theatroquinegia [a], & non priorum horum contentos eſſe: palam eſt quia nihil noui vltra id quod prius agitur, habet. Sufficere itaque ritè cauſa putabitur: & ſingulæ dantur clarè & non in tantum, vt iam populo etiam odibile ſit. in iis enim quę raro [b] fiunt, miraculum eſt. Hæc itaque de conſularibus à nobis ſcripta & determinata ſunt expenſis.

De vxore & matre conſulis.

CAP. II.

SI autem etiam vxorem conſul habeat: definita eſt à nobis & circa illam expenſarum menſura. decet enim frui [c] eas & coniugis claritate. Si verò non copulatus eſt vxori, his ſatis eſt, niſi mater eius conſtat iam conſulatu digna & prius honorata, & velit eam vnà frui ſecum ſchemate. & hoc in ſola matre præbemus. alia verò non decorabitur mulier penitus, præter coniugem [d] & matrem, & iſtæ quidem omnibus modis: quoniam vxores [e] coruſcant radiis maritorum, hoc lege dante: matres verò, ſi conſul hoc voluerit. nam neque filia, neque ſoror fortè neque vxor filij: & multo magis ſi nec pertinens ad genus ſit. hoc enim purè illicitum exiſtebat. 1 ¶ Quid autem oporteat ſpargere

[a] εἴς τε ἱπποδρόμιον. [b] εἴς τε τὰς τῶν θηρίων θεάς τε καὶ ἀναιρέσεις, καὶ τὰς ἐπὶ τῆς σκηνῆς τε καὶ θυμέλης &c. [c] de thymelicis alias dixi. [d] Primus conſulũ proceſſus Kalen. Ianuariis fiebat. [e] Kalend. Ianuariis conſules inire ſolebant magiſtratum *l. 36. ff. de condict. & demonſtr:* & prætores *arg. l. 5. ff. de ferijs.* [f] Secundus conſulũ proceſſus. [g] Mappa, circenſis ludus, cuius rationem Cedrenꝰ expoſuit, & Caſſiodorus ad Fauſtum præfectum prætorio. [h] Tertius cõſulum proceſſus. [i] θεάτρου κυνηγίαν. *Scrimg.* Ea eſt venatio theatrica. [k] Quartus conſulum proceſſus. [l] τοῦ λεγομένου μονημερείου. extat epigramma Leonis Philoſophi, εἰς τὸ μονημέριον. [m] pancarpum *Iulian. hic:* πάγκαρπον *Scrimg.* Πάγκαρπος ſilua, vetus interpres. Silua, eſt quæ ex variis generibus arborum conſtat. & Auguſtinus *ad Secundinum*, teſtatur pancarpum dici propter omnium generum, quæ inerãt, herbas. Ideo Feſto pancarpiæ coronæ, ex vario genere florum. ſic Neleus iuſſus ſtatuã erigere, ἀπὸ παγκάρπων ξύλων, erexit è quercu in qua offenderat multos variosque ſuſpenſos fructus, vt interpres Callimachi ſcribit. Appellatur & à Sophocle *in OEdipo*, laurus πάγκαρπος. Reliqua vide apud Cuiacium *hic.* addatur & hoc ex Tertulliano aduerſus Valentin. Igitur ex ære collocatitio, quod aiunt, in honorem & gloriam patris, pulcherrimum Pleromatis ſydus, fructumque perfectum compingunt Ieſum. Eum cognominãt ſoteram, & Chriſtum & Sermonem, de patruitis, iam & omnia iam, vt ex omnium defloratione conſtructũ graculum Æſopi, Pandoram Heſiodi, Acci patinam, Neſtoris Cocetum, Miſcellaneam Ptolemęi. Quàm propius fuit de Atticis hiſtoriis, Pancarpiã vocari à tam otioſis authoribus nominum. [n] Quintus proceſſus conſulum. [o] ὧν δὴ πόρνας καλοῦσιν *Scrimg.* In quinta id faciat conſul quod porna dicitur *Iulian. hic* πόρναι *hic*, productio meretricum. Seneca, Florales iocos nudandarũ meretricum. Tertullianus *cap. 10. de ſpectaculis.* Ipſa proſtibula publicæ libidinis in ſcena proferunt. [p] ridiculos γελωτοποιοὺς vocauit. Atellanas videtur intelligere. Galli *Farces*: vt & Atellanum geſticulatorem *le badin, ou farceur*: ſicut Italorum, *Zani.* [q] ἀκούσμασιν, .i. vbi nihil, niſi riſu dignum, neque videtur neq; auditur. [r] Sextus conſulum proceſſus. [s] ἢ τὴν καλουμένην μάππαν, *Scrimg.* ſuperius dixi de mappa. [t] hic duplex eſt error. nec enim legendum hippomachia *Vt ſ. dixi.* & aliter finienda eſt hæc ſententia, hoc ſcilicet modo, ſeu quæ vocatur mappa, ſextum agens hunc conuentum. Ex hoc, &c. [u] Septimus proceſſus conſulum. [x] πανήγυριν *Scrimg.* [y] ſic Germani, non dierũ numerum ſed noctium computabant. [z] de qua dixi ſuperius. [a] de venatione ſuprà dixi. [b] ἐν τοῖς σπανίως γινομένοις τὸ θαυμαζόμενον ἐστί. Ea quæ raro accidunt magis miramur: quotidiana negligimus, Iuuenalis *Sat. 11. in fi.* facere hoc non poſſis quinq; dieb. Continuis, quia ſunt talis quoque tædia vitæ Magna, voluptates commendat rarior vſus. [c] Cõſularis fœmina, vxor cõſularis viri *l. 1. in f. ff. de ſenatorib.* [d] id enim

re [a] in ſeptem his proceſſionibus populo conſulem, melius nos deſignauimus, quam ſicut Marciani diuę memoriæ conſtitutio [b] dicit. Illa quidem abnegauit omnino munificentiam: nos autem corrigimus eam cauſam, voluntate eius qui conſulatus habet honorem diſponẽtes. ſiue .n. nihil voluerit ſpargere, non cogimus. ſiue rurſus venire ad hoc voluerit, & ex argento munerib. honorare populum, nec hoc interdicimus. non tamen aurum ſpargere ſinimus, non minoris alicuius, non maioris omnino, non medij characteris aut ponderis: ſed argentum, ſicut prædiximus. ſoli [c] enim aurum ſpargere damus imperio, cui ſoli [d] etiam aurum contemnere præſtat fortunæ faſtigium. argentum verò, quod mox poſt [e] aurum [f] pretioſiſſimum fiet, & aliis conſulibus largimur decens: & hæc ſinimus eos ſpargere in his quæ vocantur miſſilia, [g] thymelicis [h], & caueis [i], & in quadrangulis [k], & talibus. Quanto enim minora ſunt quæ ſparguntur, tanto plures ſuſcipiẽtes erunt. ſitq; rei menſura, dantis virtus [l], & voluntas, ſiue nihil, ſiue mediocre, aut tranſcendens populo erogandi. hoc enim in conſulatu definimus, neque inuitos ſpargere cogentes, neq; volentes prohibentes. Sed de argento quidem ſpargendo ita à nobis ſancitũ ſit. & ſi omnino ad hoc acceſſerit, licentiam habeat diſtribuendi argenti munificẽtiam in ſuis proceſſionibus, ſicut ipſe rectè ſe habere putauerit: ſolo prohibito aurum omnino iaculari: quod imperatori tantum tributum eſt contingere. 2 ¶ Aliorum autẽ quæ à nobis decreta ſunt & conſcripta in deſcriptione quæ hac continetur lege, tranſcendi [m] aliquid omnino aut addi nos nullo permittimus modo. Quod itaque infinitum eſt (dicimus autẽ ſpargere) in dantis ponimus voluntate: omnino propriæ poteſtatis hoc eius qui dat, facientes. quod verò à nobis definitum eſt ſemel & ordinatum, tranſcendi hoc noſtra lex prohibet. Sed ſi quis præſumpſerit, quod definitum eſt, egredi, centum [n] librarũ auri perſoluet pœnam, vtpote noſtra præuaricatus præcepta, & omnẽ huius legis corrumpens, quantum in ſe eſt, intentionem. Si enim ꝑ hac tantũmodo poſita eſt lex occaſione, ne dandorum immenſitate conſulatus deſint, & propterea nos ſuperfluas illas donationes [o] & expẽſas abbreuiauimus, & in populum effuſas proceſſiones, & ſpectacula ad bene ſe habentem deduximus menſuram: ritè aliquid decentius de numeris conſiderantes, id eſt ſpargere argentũ, & neq; quicquam dare, eorundẽ conſulum dimittentes voluntatibus, vt nobis ſint amplius [p], & ſemper ex ſuo vocabulo [q] tempus adornent: qui quod diſpoſitũ eſt, tranſcendit, ritè, vtpote noſtrã præuaricatus legem, dignus eſt pœna. ſic enim nobis erunt iugiter conſules, cauſæ immenſitatẽ non formidantes, nec tanq̃ certiſſimum periculum conſulatum refugientes & auerſantes. & propterea ſancimus legẽ hanc ſub firmitate ſeruari. 3 ¶ Nullus igitur eam egredi præſumat, nec ſi vehementer idoneus ſit, nec ſi noſtrorum ſit iudicum, nec ſi maximę curiæ, aut nulli adminiſtrationi præſit. Hæc enim omnia nos conſiderãtes omnibus propoſuimus ſuper donationib. æqualitatem, nulli penitus licentiam dantes exire menſuram quæ hac continetur lege, niſi in ſolo argento in proceſſionibus ſpargendo aut neque hoc faciendo: quod in eorundem conſulum poſuimus (ſicut ſępe diximus) voluntatibus. Ipſis quoque qui hoc accipere conſueuerunt, maximæ gratiæ in hac noſtra repoſitæ ſunt lege. ſi enim periculum erat deficientibus conſulibus neque quicquã accipere, nunc autem accipient mediocriter, multam habebunt ritè huic legi gratiam, quòd ſufficiat pro nihil offerente. & hoc enim ipſum non permittere nos glorioſiſſimis conſulibus aut aurum ſpargere, aut [r] vaſa maiora, ſed in miliareſiis [s] & melis [t] & caueis [u] &

deberi videtur, non niſi magnis affectionibus. [c] *l. 10. Cod. de nupt. V. l. vlt. C. de incolis. l. 8. ff. de ſenatorib.* Quid vidua? idẽ ius ei competit *Nou. 22. c. 36.* [a] Moris fuit conſulibus miſſilia in vulgus iactare §. 46. *Inſti. de rer. diuiſ.* [b] *l. 2. C. de conſulibus.* [c] Soli principes aurum poſſunt ſpargere. [d] Soli principi aurum contemnere licet. [e] Horatius, Vilius argentũ eſt auro, virtutibꝰ aurum. *1. epiſt. 1. Verſ. 52.* [f] Pindarus 1. *ſtroph. 1.* ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ ἅτε διαπρέπει νυκτὶ μεγάνορος ἔξοχα πλούτου. adde de auro Plin. 33. c. 1. 2. 3. 4. 5. [g] ἔν τε τοῖς καλουμένοις μιλιαρισίοις καὶ μήλοις καὶ κωνικίοις καὶ τετραγωνίοις καὶ τοιούτοις *Scrimg.* Eadẽ penè legũtur *j. eod. §. 3.* Locus eſt elegãs neglectus ab interprete, Miliarenſes nummorum genꝰ eſt, qui erogabantur militibus. Epiphanius, τὸ ἄργυρον τοῦτο ἐστὶν ὃ οἱ Ῥωμαῖοι μιλιαρίσιον καλοῦσιν. ὃ ἑρμηνεύεται στρατιωτικὸν δόμα. Idem Cedrenus ſcripſit, & miliarenſes dici quaſi militares. & hi quidem decimam ſolidi partẽ faciunt authore Suda. à Miliarenſibus dicitur, Scrinium à miliarenſibus *l. 7. C. de Palatin. ſacrar. largit.* vbi v. Cuiac. [h] καὶ μήλοις *Vt ſ.* μῆλοι dicuntur quod rotundi. [i] καὶ κωνικίοις, *Vt ſ. eodem:* κωνίκιοι dicuntur à forma quòd ſint paululum caui. [k] τετραγωνίοις, τετραγώνιοι, quòd quadrati. [l] δύναμις, id eſt facultas, i. Cuique conſuli tantũ ſpargere licebit quantũ voluerit, quantũ deniq; facultas eius patietur. [m] παραβῆναι, id eſt, tranſcendendi. [n] Multa conſulũ ſpargentium miſſilia in vulgus præter leges. [o] largitiones. [p] πλείους, plures. [q] καὶ τῇ παρὰ ἑαυτῶν προσηγορίᾳ χρόνον κοσμοῖεν, .i. ex ſua appellatione tempus exornent §. 3. *j. eodem. V. Nou. 47. c. 1.* [r] ἢ καὶ μεῖζον *Scrimg.* aut maiorem monetam, *Hal.* [s] *Vide §. 1. j. eodem.* [t] *Vide d. §. 3.* [u] κωνίκιον *Scrimg. Vt ſ. eod. §. 1.* Haloander his verbis intelligit monetam oue ac cyatho ſignatam.

quadran-

quadrangulis mediocribus, & huiuſmodi facere donationem: ſanctio ad humanitatem à nobis adinuenta eſt, & populo medelam præbens. Si enim hoc egerint, qui conſularem edent munificentiam, & his ſolis concilient populares, nequaquam de maximis lucris decertantes ſeditiones exercebunt adinuicem, & venient vſque ad alternas plagas, quas per [a] fuſtes & gladios & lapides egerant frequenter, rem omnino nobis odibilem. Videbamus enim eos contendentes quidem, & malis innumeris implentes alterutros occaſione ſparſorum, & ab eis arreptorum, domum verò referētes omnino nihil: ſed ea die in ebrietatibus [b] & potationibus omnia expendentes. Si verò forſitan ſpe lucri maioris etiam præexpendiſſe cōtigerit, poſtea verò aut nihil aut minus accipiat: etiam damnum & debitum habebit, & plagis & vulneribus & ex hoc malis incurrere cogetur. Si autem mediocre ſit quod ſpargitur, nec [c] vehementer contendent: nec quęſtus expectantes, abundantia vulnera aut plagas alterutris vltra menſuram dabunt. Ideoq; communem prouidentiam introduximus ex hac lege & communi reipublicæ figuræ, quatenus tempus habeat poſt [d] imperium, & conſulis iugem memoriam, atque vocabulum in glorioſiſſimis noſtris iudicibus, & qui ex maxima curia ſunt (eo quòd honorare nobis placet dignos nō expendentes immensè) decentem damus conſolationem & noſtro populo, & aliis omnibus, licet deſperantibus iam cauſam: propterea quod ſuperfluum eſt offerentes, vt conſulatum immortalem reipublicæ ſtatuamus. 4 ¶ Subiaceat igitur (ſicuti prædiximus) noſtra diſpoſitio huic legi: cuius exemplaria recondentur in foro tuæ celſitudinis cum hac lege, quam ad eam direximus. Per tempora tamen glorioſiſſimos cōſules ſancimus ex ſolo tuo foro exemplar deſcriptionis accipere huic ſubditæ legi, vt ſecundum eam omnia dentur. Deſcriptionem namq; ideo à ſede tua d[a]ri volumus, vt nec ipſis liceat præu aricari, nec his qui vocantur breuiatores [e], adulterari aliquid horum quę à nobis diſpoſita ſunt: ſed periculo cuſtodientium hanc deſcriptionem in foro tuæ gloriæ, dari exemplar eius cum ſubſcriptione cingulū habentis hoc, cui nunc ipſe præſides: [vt] per omnia inadulterata maneant quæ à nobis diſpoſita ſunt. Difficultatem verò nullus habebit horum qui ad conſulatus veniunt honorem, ſi mediocrē ita faciens expenſam in omni tempore fiet. Etenim omne quicquid hactenus conſulatus habentes honorem, & ex foro tuę celſitudinis, & ex glorioſiſſimis præfectis noſtris, aut etiam aliunde per munificentiā noſtram percipiebant, & nunc eis dabimus: ab eis quidē faciendas expenſas abbreuiantes: à nobis autē largitatem nō minorantes. Omnibus autē à nobis dictis, imperatoris excipiatur fortuna: cui & ipſas Deus leges [f] ſubiecit[g],

[a] Rixæ ob miſſilia colligenda.

[b] Eadem de cauſa apud Gallos, edicto regis Frācisci, collegia artificū (contrarias vocant) ſublata ſunt.

[c] Rerum vilium, cauſa rarò certatur.

[d] §. 2. s. eod. *Nou.47.c.1.*

[e] .i. breuium proſcriptores. breues, breuia, breuicula, chartæ ſiue libelli breues. Zonaras in Carthag. conſil. βρέβιον ἡ ἐπιτομὴ λέγεται καὶ σύντομος χαρτή.

[f] & corpora ſubditorum *Theophil. ad §. 6. Inſtit. de iur. naturali.* eorumq; bona omnia *l. 3. Cod. de quadrien. præſcr.* ſed ea tamen imperio poſſidet, non dominio, *Seneca.* ideoq; vel ſine iuſta cauſa, putà delicti, bona ſubditis offerre non poteſt *l. 5. C. ad leg. Iul. maieſt. & tit. de bonis damnat*: vel ſine pretio *l. 13. ff. com. præd: adde quæ dixi ad l. 15. §. 2. ff. de rei vindicat. l. 31. ff. de euictionib. adde 3. Reg. 21: vbi de vinea Nabothi.* Notandum eſt, quod Gregorius papa *Reg. 10. expoſit.* 4. refert ius regium, cuius fit mentio in libris regum, non ad hiſtoriam præcipi, ſed oſtendi quid acturi ſunt reges reprobi, quid vitaturi ſint boni. Alioquin ſi omnia permiſſa ſunt principi, quid erit Dei? *Tertull. in lib. de idololatria*: & Iaſon *ad l. 5. in pr. nu.* 12. 13. *ff. de condict. cauſ. data.* Licet Deus (inquit) ſubiecerit leges principibus, non tamen ſubiecit contractus, qui ſunt iuris gentium, aliàs nemo cum principe contraheret. Placet etiā, quod Baldus *c. 1. de pace Conſtantiæ. verſic. ſi verò*, ſcribit omnes contractus, qui alioqui ſua natura ſtricti iuris eſſent, bonæ fidei exiſtere ſi cum principe initi fuerint. [g] §. 6. *Inſt. de iure nat. l. 31. ff. de legib. l. 2. §. 3. ff. de orig. iur. l. 3. C. de teſtam.* Principes λέλυνται τῶν νόμων, *Dion* 53. τῶν νόμων ἐπάνω *Chryſoſtomus.* κατὰ νόμους οὐκ ἀνυπεύθυνοι *Plato.* Iura negant ſibi data *Horatius.* Superiora ſi Iudaicè intelligamus & ad litterā, nihil erit principe ferocius: in id magis propendeamus, Principem legibus ſolutū nō eſſe, ſed eis ſubeſſe potius *l. 4. Cod. de legibus*: magis ſolutum legibus videri, quàm eſſe *l. 23. ff. de legat.* 3. Hoc etiam Gentiles paſſi ſunt ſibi dici. Apollonius Thyaneus ad Domitianum, *teſte Philoſtrato.* 8. Hæc mihi dicta ſint de legibus, quas ſi tibi imperare non putaueris ipſe non imperabis. Plinius *in Panegyrico ad Traianum,* In roſtris ſimili te religione ipſe te legibus ſubieciſti, Cæſar, quas nemo principi ſcripſit. ſed tu nihil amplius vis tibi licere, quàm nobis. Quod nunc primum audio, nunc primum diſco, *Non eſt princeps ſupra leges. ſed leges ſupra principem.* adde Plutarchum, Agapetum diaconum. Inde fit vt multis caſibus eodem cum cæteris iure princeps vtatur, *Nouell. 89. c. 11. l. 6. ff. qui teſtam. lege octaua, §. 3. ff. de imperfecto: l. penult. ff. de hæredib. inſtituendis: l. 15. ff. de condict. inſtit. l. 23. ff. de legat. 3: l. 60. ff. de conditionib. & demonſtrationibus: l. 6. 22. §. ſecundo. ff. de iure fiſci: l. 2. 3. C. ne fiſcus vel Reſpubl.* vtut ſit, Nihil poteſt contra pietatem vel bonos mores, *l. 15. ff. de conditionibus inſtitut: Nouella 9: l. 1. Cod. ſi aduerſus vend. l. 3. Codice ſi minor ſe maior: Codice ſi contra ius:* & in dubio errare nō dicitur qui reſpondet contra fiſcum, *l. 10. ff. de iure fiſci.* Fruitur tamen princeps ſingularibus priuilegiis, putà vt cēſeatur, maior ante alios *vide quæ notaui ad leg. 8. ff. de muneribus.* vt in contrahēdis nuptiis non ita obſeruet gradus prohibitos (exceptis tamen aſcendentibus, deſcendentib⁹, & collateralibus proximi gradus. *v. conſtitutionē Iſaaci Angeli ca. 2.* facit etiam gratiam iuriſiurandi *lege vlt. ff. ad municipales.* vbi tamen agitur de iure ſuo, & vbi manifeſta deceptio iurantis, nō vbi legitimè iuratum *Nouella 9. lege prima, Cod. ſi aduerſus vendit: l. 3. Cod. ſi minor ſe maior.* Indulget etiā nonnunquā pœnas legibus conſtitutas. *vide Cod. de abolitionibus & de gener. abolit.* His adde Boſſium *in tractatu de Principe & priuilegijs eius tit.* 100. *Cuiac.* 15. *obſeruat.* triceſima.

legem animatam [a] eum mittens hominibus, eo quòd imperatori quidem iugis [b] & indeſinens conſulatus omnibus ciuitatibus & populis & gentibus, in ſingulis quæ placent diſtribuenti [c], aduenit: aut cùm ipſe [d] annuerit trabea: ideoque & imperij conſulatus per omnia ſit ſequens [e] ſceptra.

EPILOGVS.

¶ Tua igitur celſitudo hanc noſtram ſuſcipiens legem, perpetuè eam in ſua manere fortitudine procuret ſecundum omnem quæ in ea continetur virtutem. Legi. Scriptum exemplum Ioanni glorioſiſſimo ſacrorum prætoriorum præfecto iterum exconſuli & patricio. Scriptum exemplar Longino prudentiſſimo & glorioſiſſimo præfecto huius almæ vrbis. Dat. V. Kalend. Iul. Conſtantinop. poſt [f] Conſ. Biliſarij V. Clariſſimi.

DE [g] VSVRIS NAVTICIS. †

Tit. VII.

NOVELL. CONSTIT. CVI.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Petro glorioſiſſimo præfecto ſacrorum prætoriorum.

PRAEFATIO.

NVNTIVM audiuimus à tua celſitudine, cui occaſionem nos ipſi præbuimus. Duos enim iſtos Petrū & Eulogium ſupplicaſſe noſtræ ſacræ poteſtati, & per ſe explanaſſe dicentes quòd conſueuerunt naucleris ſeu negotiatoribus mutuare, & maximè in mari negotia facientibus, & hanc vitæ habere occaſionem. Ipſa verò marina credita vocare noſtra conſueuit lex traiectitia [h]: & metuere eos, vtpote dubitationib. hinc eis exortis, oportere propterea fieri manifeſtum quę valeat ſuper his conſuetudo, vt & ſacra noſtra in hæc procederet iuſſio, quę conſetudinem ad certiſſimam duceret formam. Itaque nos delegantes tibi dubitationis naturam cognoſcere, & hanc ad nos deducere: quatenus manifeſta nobis facta, quod videretur, lege comprehēderetur perpetuà. tuamque gloriam hoc à nobis agere iuſſam, conuocaſſe naucleros quibus hęc mutua curæ ſunt, & interrogaſſe quæ aliquando antiqua conſuetudo fuit. Illos autem & iuſiurandum adijciētes teſtimonio, perhibuiſſe modos eſſe varios talium mutuorum: & ſi quidem placuerit creditoribus, in ſingulis ſolidis pecuniarum quas dederint, vnum tritici modium aut hordei imponere, qui mercedem publicis præberent teloniariis: ſed quantum ad ipſos ſine telonio nauigare naues, & hunc habere fructum & harum quas crediderint pecuniarum, & inſuper etiam pro [i] decem aureis vnum percipere ſolidum pro vſuris: in ipſos autem creditores reſpicere ex euentibus periculum. Si verò non erumpant hanc viam creditores: octauam partem percipere pro ſingulis ſolidis nomine vſurarum, non in tempus aliquod certum numerandum, ſed donec naues reuertantur ſaluæ. Secundum hoc autem ſchema contingit forſan & in annū extendi tempus, ſi tantum foris moretur nauis, vt annum aut terminos ſuos ſumat, aut etiam tranſcendat: citius autē ea remeante, tempus in vnum ſolum aut duos trahi menſes: & ex tribus [k] ſiliquis vtilitatem habere: vel ſi ita breue ſit tempus, vel ſi apud alterum extra debitorem maneat debitum, hoc idem valerę: aliam rurſus negotiatoribus profectionem aſſumentibus, & per vnumquodque onus definiri ſchema, ſecundum quod competit mutuum, aut manere aut permutare ſecundum pactum quod ob hoc conuenerit partibus. Si tamen poſt reuerſionem nauis ſaluæ, nequaquam naui-

[a] Princeps, lex animata: lex, mutus princeps.

[b] Imperatoris munus eſt, perpetuò ſubditis conſulere. [c] προσέρχεται δὲ, ἡνίκα αὐτοῖς νεύσειεν ἡ στολὴ *Scrimg.* ſenſus eſt, Voluntatem eam eſſe principis, vt interdum priuatis, nutu quodam conferat ſtolam, id eſt, dignitatem conſularem. [d] Cuiacius, poſt Petrum Fabrum, legit αὐτός. [e] ſenſus eſt, Conſulatum imperatoriam dignitatem ſubſequi. [f] id eſt, anno 536. [g] dixi *ad 22. ff. de naut. fœnore. Iulianus conſtitut.* 99. † hæc Nouella abrogatur per Nouellam centeſimam decimam. [h] creditum maritimum, traiectitium. [i] Ea eſt dextans vſura, *Au denier dix.* [k] Comprobatur hic conuentio recepta, Vt creditor in ſingulos ſolidos capiat tres ſiliquas, quæ vſura eſt centeſima.

gare propter tempus valentes reuertantur: triginta ſolùm dierum inducias dari à creditoribus debitoribus, & nihil pro debitis vſurarum cauſa exigere, donec vendi contingat onus, parcentes apud alium eſſe debitum non reddendum, duas partes centeſimæ dominis pecuniarũ dare vſuras, & mutuare, & mox mutuum in terrenum tranſponere modum: nequaquam maritimis periculis creditoribus moleſtandis: & hæc omnes dixiſſe cum iureiurando perhibentes teſtimonium, quæ ad nos nuntiaſti, vt nos ſanciremus quod nobis videretur: & ſuper his dicebas hæc noſtræ nuntiare poteſtati.

CAP. I.

NOs igitur & ipſa legentes geſta, & cauſam edocti, ſancimus ſecundum quod teſtatum eſt coram tua celſitudine, ita nunc & deinceps in omne tempus tenere, eo quòd neque iam poſitis repugnet legibus, vt oporteat nunc & de cætero ſecundum quandam propriã legem in naucleris aut negotiatoribus ſuper talium cauſarum hæc ſeruari litibus, & ſecundum dictum modum prædictarum pactionum ita fieri etiam euentus, & alia omnia quæcunque in prioribus teſtata ſunt apud ſedem tuam, vnde ſecundum propriam legem teneant in naucleris aut negotiatoribus. Quod enim longis [a] ita ſeruatum eſt temporibus, & tenuit immutabiliter, ſicut teſtimonia apud tuam gloriam definierunt: quomodo non eſt iuſtum & in aliis omnibus valere quæ poſtea erunt, & eſſe hanc eis rerum tranſactionem ex propria lege valentem, & altera quadam diſpoſitione non egentem: ſed in naucleriis ſeu negotiatoriis occaſionibus in omne tempus valentem, vt puta generalem exiſtentem legiſlationem, & naucleris ſeu negotiatoribus & eorum contractibus expoſitam? Quæ debet etiam pars fieri iam à nobis poſitarum legum, & iudicantes ad hanc reſpicientes proferre ſententiam.

[a] À more diu recepto, licet argumẽtum ducere.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, tua celſitudo iugiter ſeruare feſtinet.

DE TESTAMENTIS [b] IMPERFECTIS à parentibus in filios factis: & de diuiſione rerum à filiis coram parente, & de eius facultatibus facta & ſubſcripta.

[b] De teſtamentis inter liberos factis *Index regina.* De voluntatibus parentum in diſtributione patrimonij faciendis *Iulia. conſtit.* 100.

Tit. VIII.

NOVEL. CONSTIT. CVII.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Baſſo magnificentiſſimo comiti deuotiſſ. domeſticorum locum obtinenti Ioannis glorioſiſs. prætoriorum præfecti, iterum exconſuli & patricio.

PRÆFATIO.

A CONSTANTINO [c] diuæ memoriæ lex ſcripta eſt per antiquæ coniecturę ſimplicitatem: porro cauſarum varietas & natura eas frequẽter mutans, egere leges illas emẽdatione noſtra præparauit. Dicit itaque lex, oportere morientium voluntates, quando ſunt parentes, omnibus modis inter filios tenere, & tamen eos erubeſcit parentes exiſtentes: quia eis & claram rerum concedit ſignificationem, dicens, & ſi non manifeſtæ ſint eorum diſpoſitiones, apparuerint autem ex quibuſdam indiciis [d] & coniecturis, & qualibet ſcriptura: & ſic eas valere. & hoc in ſuis & emancipatis filiis. Inſuper & Theodoſius [e] decreuit non in patribus ſolùm hoc diſponens, ſed etiam in matribus & aſcendentibus vtriusque naturæ. Hanc apprehendentes licẽtiam homines in tantam ingreſſi ſunt obſcuritatem, vt diuinantibus magis quàm interpretantibus hæc egerent. Itaque neque perſonas ſcribentes, neque rerum dicentes notitiam, & fortè nec quantitatem, tamen dignantur coniecturis & veriſimilium ratione talia permittere.

[c] *l. 26. Co. famil. erciſc. l. 1. C. Theodoſ. famil. erciſc.*
[d] Lege Conſtantini parẽtum voluntates, quibuscunque indiciis, coniecturis, quacumque ſcriptura manifeſta, inter liberos valent.
[e] *l. 21. §. 1. C. de teſtamen.*
[f] hinc ſumpta eſt authẽtica, *Quod ſine Cod. de teſtamentis.*
[g] Obſcuritas legibus inimica.

De voluntatibus parentum in diſtributione patrimonij facienda.

CAP. I.

NOs [f] igitur omnia clara & aperta conſiſtere volentes (quid enim ſic proprium [g] eſt legum, ſicut claritas, maximè ſuper defunctorum diſpoſitionibus) volumus, ſi quis literas ſciens, inter ſuos filios voluerit facere diſpoſitionem, primum [a] quidem eius ſubſcriptione tempus [b] declaret: deinde quoque filiorum nomina propria [c] manu: ad hoc vncias in quibus ſcripſit eos hæredes, non ſignis [d] numerorum ſignificandas, ſed per totas [e] literas declarandas: vt vndique claræ & indubitatæ conſiſtant. Si verò etiam rerum voluerit facere diuiſionẽ, aut in quibuſdam rebus certis aut omnes aut quaſdam inſtitutiones ſtatuere, & harum inſcribat ſignificationes: vt eius literis omnia declarata, nullam vlterius contentionem filiis derelinquant. Si tamen aut vxori aut extraneis [f] perſonis aliquibus voluerit relinquere legata, aut fideicommiſſa, aut libertates, & hæc propria ſcripta manu, dictaque à teſtatoribus coram teſtibus, quoniam omnia conſequenter in diſpoſitione poſita ipſi & ſcripſerunt, & volunt valere, ſint firma: nihilo minuenda eò quòd videantur in charta ſcripta, reliquam obſeruationem teſtamentorum non [g] ſuſcipientia: ſed hoc ſolum immutetur, quòd eius manus & lingua habet omnem virtutem chartæ præbitam.

[a] Nota formam, ſecundum quam parentes literas ſcientes, ſcripto teſtari debent inter liberos.
[b] facti ſc. teſtamenti.
[c] hinc nonnulli colligũt, Non valere teſtamẽtum inter liberos, niſi ſua manu ſuisq; literis parens ſcripſerit nomina liberorũ, tẽpus, & vnciarum modum, cùm potius mens Iuſtiniani hæc ſit, Vt ſiue ſcribat teſtamentum parens, ſiue alius pro eo, illud literis perſcribatur non notis: alioquin, teſtamentum non valere.
[d] μὴ τοῖς συμβόλοις τῶν ἀριθμῶν σημαινομένους *Scrimg.* σύμβολα τῶν ἀριθμῶν numerorũ notæ. Galli, *Sifras*, vocant. *Vide Cuiac. 3. obſer. 3. & 12. obſ. vlt.*

CAP. II.

ET [h] ſi quidem vſque ad mortem maneat hoc ſchema, nullus poſtea deducet teſtes, quia voluit fortè talem voluntatem commutare, aut conuertere, aut aliquid tale facere, cui licuit rumpere quod factum eſt, & aliam facere voluntatem, declarantem perfectam eius ſententiam quam competit valere. hoc enim concedimus ei agere, hoc ipſum expreſſim ſignificãtem ſub pręſentia teſtium ſeptem [i], quia & ſi fecerit quandam talem voluntatem, nõ tamen eam valere vlterius vult, ſed rurſus vult aliam facere: & hanc aut in teſtamento perfecto [k] faciat omnia teſtamentorum habente ſigna, aut in non ſcripta perfecta voluntate: videri eum defunctum eſſe prioribus infirmis factis ex ſecunda eius ſecundum perfectum teſtamentum aut voluntatem diſpoſitione.

CAP. III.

QVia verò nouimus aliquos diuiſiones facientes inter proprios filios, & præparantes eos his ſubſcribere: & hoc ſchema ſuſcepimus. Si quis enim diuidat proprias res, & ipſos filios euocans faciat [l] ſubſcribere diuiſionibus ipſis, & ratas eas iudicare, & profiteri filios hoc ſecundum hunc habere modum: ſit & hoc firmum in huiuſmodi rerum diuiſione [m] ſecundum noſtrã conſtitutionem quam ob hoc poſuimus: quam in omnibus quæ in ea continentur, firmam eſſe per hanc legem ſancimus. Si autem & in diuiſione ipſe ſubſcripſerit, & clara omnia per ſubſcriptionem ſuam fecerit, ſit & hoc ratum: quoniam & hoc iam noſtra legiſlatione continetur. Palàm veró eſt quia in talibus caſibus valebit hæc lex, quoſcumque poſtea moueri contigerit.

[e] *δι' ὅλων γραμμάτων, Scrimg.* Inter liberos teſtatio mentis noſtrę, debet eſſe ὁλογράμματος, adde Nouell. Baſilij. [f] Extranei ſunt, non liberi. hinc colligunt, Teſtamentum imperfectum inter liberos non ſuſtineri in fauorem extraneorum, *Vide Clar. 3. ſent. §. teſtamentum, q. 10.* & ita vtile non vitiari per inutile. [g] Extraneis legari aut fideicommitti poteſt in teſtamento minus ſolenni. Minus ſolenne hîc intellige non qualecunque, ſed tamen ſcriptum à teſtatore lectumque teſtibus, *ſ. eodem, ibi, coram teſtibus:* licet nullæ aliæ ſolennitates fuerint obſeruatæ. Teſtibus, inquam, ſaltem duobus. Numero enim plurium duo ſaltem intelliguntur *l. 12. ff. de teſtibus.* Cùm dicimus legari aut fideicommitti poſſe, ſatis intelligitur aliud dicendum eſſe ſi inſtituantur hęredes. Nec enim poſſunt extranei in imperfecto teſtamento hæredes ſcribi. [h] hinc ſumpta eſt authentica, *Hoc inter Cod. de teſtament.* [i] *ἑπτὰ ἢ καὶ πέντε, Haloandri editio: Græci: Harmenop.* quæ verba ἢ καὶ πέντε, vetus interpres hîc non agnoſcit, nec Scrimgeri editio Gręca, nec Iuliani interpres. Hoc igitur innuit, Teſtamentum imperfectum, quod inter liberos valere poteſt, alio teſtamento imperfecto reuocari aut rumpi non poſſe: ſed requiri vt coram ſeptem teſtibus teſtamentum reuocetur. Ratio dubitandi ex eo naſci videbatur, quòd naturale ſit vnumquódque eo genere diſſolui quo colligatum eſt, *l. 35. ff. de regulis.* Poſſumus & hoc adijcere, ſufficere præſentiam quinq; teſtium in reuocando eo teſtamento, quod quinque teſtibus perfici poteſt, *lege vltima. C. de teſtam: Vide Cuiacium 3. obſeruat. 3. in fin.* Aliud eſt in teſtamento militis, cuius imperfectum teſtamẽtum reuocari poteſt alio imperfecto: intra annum tamen miſſionis *l. 34. in f. ff. de teſtam. milit.* & ita faciliùs imperfectum militis teſtamentum rumpitur quàm patris inter liberos. [k] Imperfecta inter liberos diſpoſitio, non poteſt niſi ſolenniter reuocari. [l] *Nouella 18. cap. 7.* [m] Diuiſio bonorum facta à patre confirmatur, vel eius ſubſcriptione *ſ. eod. ibi, Sin au-*

EPILO-

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua gloria cognoſcens, omnibus faciat manifeſta: vt nullum lateant quæ rectè & prouidenter pro noſtris ſubiectis ſancita ſunt. Dat. Kal. Ianu. Conſtantinop. Do. Iuſtinian. PP. A. Imperij anno XIII. Baſilio V. C. Coſ.

ve & indiuiſione ſubſcripſerit, vel liberorū eius, *Vt hic*. vnde colligunt interpretes teſte Claro 3. *ſent. §. teſtamentū quæſt. 14. Verſ. ſed pone* Schedulā à patre non ſcriptam vel ſubſcriptam, ſed tamē ſub ſcriptā à liberis, valere. Valere, inquam, nō iure teſtamēti ſed cōtractus.

DE[a] RESTITVTIONIBVS[b].

Tit. IX.

NOVEL. CONSTIT. CVIII.

Imp. Iuſtinianus Aug. Baſſo magnificentiſſ. comiti deuotiſſ. domeſticorum, locum tenenti Iohannis glorioſiſſ. ſacrorum prætoriorum præfecti.

PRÆFATIO.

NEGOTIVM audiuimus pro teſtamento dubitato, quod etiam interpretari iuſtū exiſtimauimus & lege comprehendere certiſſima: hoc quod noſtræ conſuetudinis eſt, in negotijs motis ex legibus optimis accipere occaſiones. 1 ¶ Filios enim quidā ſuos inſtituens hæredes, deinde alterutris eos filijs non exiſtētibus ſubſtituere volens, iuſſit, ſi contigerit aliquem eius filiorum, & hæredem futurum, ſine filijs humanam ſoluere vitam: poſt exceptionem horum quæ ex lege debētur ei, ex eis quæ ab eo relinquebantur ei rebus, reliquas omnes res, & iura quæcunq; apud eum in tempore mortis inuenirentur, venire, & reſtitui ex his ſuperſtiti, aut eius filijs, ſi etiam ipſe moreretur: omni ceſſante inter eos propter memoratā ſubſtitutionem cautione & fideiuſſione in his. eo moriente, & vno quidem eius filiorum & heredum filios habente, alio verò manente ſine filijs, ꝓhibet eum qui ſine filijs eſt, is qui filios habet, vti rebus, vtpote eas deterentē. at ille vtens verbis teſtamenti, quia quicquid inueniretur in tempore mortis apud eum, hoc eum reſtituere iuſſit: ſecundum hoc vult ſchema licentiam habere vti rebus ſicut voluerit, nulla prohibitione de eorum gubernatione illata ei. 2 ¶ Nos igitur ſumētes ex hoc occaſionem, exiſtimauimus oportere & antiquam definitionem, & deinceps diſcretionem hanc quidem definire, hanc autem puram hominibus reponere, & propterea lege cauſam comprehendere, vt diſcant homines omnem legis ordinem cum quo competit talia & diſcere, & iudicare. Nouimus igitur apud Papinianum ſapientiſſimum dictum in decimonono[c] libro eius quæſtionum, vbi permittit alienationes in tali caſu: illud ſolum velut ex ſtudio in ænigmate proponēs, vt tūc oporteret prohiberi alienationes, cùm ad ſoluendum fideicommiſſum, ex ſtudio qui hoc oneratus eſt, ad alienationem venit. Et tanquam philoſophatus inter imperatores Marcus tali quodam propoſito caſu, viri boni arbitratum videri ineſſe talibus verbis diſpoſuit.

CAP. I.

NObis[d] ergo rectè viſum eſt, hanc ita diſponere legiſlationem, vt ſi quidē vniuerſaliter aliquis dicat reſtitutionem fideicommiſſi: hæc tenere quæ in talibus decreta ſunt, & à nobis iam ſancita. Sin verò tale ſit fideicommiſſum, quale ſubiacet: & ea quæ inueniuntur ſeu remanent in tempore mortis, teſtator ſubmittat ſolá in fideicōmiſſum: tunc indefinitè dictum prioribus, ſub quadam legitima deducere diuiſione & ordine. Si quis enim hæc aut etiam aliquid aliud tale dixerit: ſancimus vſque[e] ad Falcidiam ſolùm ſuæ inſtitutionis neceſſitatē habere ſeruare eum qui oneratus eſt fideicommiſſi reſtitutione, & non poſſe aliquid penitus ex illa minuere ſufficiens exiſtens: ſed hæredi quidem ſuperſint tres partes, illi autem quartæ ſolius relinquatur ratio. Non enim cōcedimus ei qui grauatus eſt, etiam donationibus[f] vti aliquibus, & forſan ex ſtudio (quod Papinianus dicebat) interuertendi fideicommiſſi cauſa, vt etiam quarta minuatur inſtitutionis eius: ſed hoc omnino relinquere fideicommiſſum: alijs omnibus in eius poſitis poteſtate: & licentiam habere eum his ſicut voluerit vti, quemadmodum perfectis dominis competit. Si vero & ipſam quartam is qui grauatus eſt, contingat: neceſſarium eſt perſcrutari cauſam ſecundum quam hoc egit: & ſi quidem aut dotem[a] voluerit dare, aut ſponſalitiam largitatem, aliam non habens ſubſtantiam: oportet ei hoc permitti agere. hoc videlicet quod noſtra continetur iam lege: in qua ei omnino non negauimus talem deminutionem. Si vero & in captiuorum redemptionem (hanc enim excipimus, & dicamus Deo cauſam) & hoc licētiam eum habere facere, & minuere etiam quartam pietatis ratione: quod omnium nobis precioſius videtur.

[a] De fideicōmiſſarijs hereditatibus *Iulian. conſti.* 101.

[b] Huc redit huiuſce cōſtitutionis quæſtio, An & quatenus iuſſus reſtituere quod ex bonis ſuperfuerit, poſſit deminuere *ad de Nou.* 39. §.

[c] *l. 54. ff. ad Trebell.* viceſimo *l. 3. §. 2. ff. de Vſuris.*

[d] hinc ſumpta eſt authētica Contra *C. ad ſenatuſc. Trebell.*

[e] Rogatus reſtituere quod ex hæreditate defuncti ei ſupererit, poteſt deminuere ad nouem vſque vncias. triuncio cōſeruato fideicommiſſario generali. Nūquam igitur deminuere poterit ex tribus illis vncijs? Imò poterit, certis caſibus, *Verſ. ſi verò* ĵ. *eod.*

[f] Rogatus reſtituere quicquid ei ſupererit ex hæreditate defuncti, donare quidquā non pōt ex ijs bonis: excipe tamē quędā genera donationū de quibus dictum eſt *Nouell.* 39.

CAP. II.

SI verò contigerit neque ipſum habere ex aliquibus cauſis vnde faciat expenſas, ex tali reſtitutione etiam has facere damus ei licentiam (hoc quod & teſtator permiſit) quod relinquetur, omnino hoc volens ad reſtitutionem trahi, & quaſi aliquis dicat, ex hoc quod remaneret, ei reſtitutionem fieri. Si autem nulla talis ſubiacet occaſio, neceſſitatem habere omnino quartam partem propriæ inſtitutionis ſeruare, & tali & alijs reſtitutionem donare. Si[b] tamen aliquid expenderit, habens vnde ſupplementum faciat: ex illo ſuppleri quartam, & per nullā cauſam hanc minui. Si verò contigerit quartam, & non habeat ad ſupplementum aliam ſubſtātiam: tunc damus ei & contra emptores, aut aliter accipientes res, in rem & hypothecas ex authoritate huius legis, vt liceat complere ſibi fideicommiſſum ex rerum vindicatione, hoc quod in legatis iam dedimus, & ex conſtitutione in rem ei donantes, & fideicommiſſi perſecutionem. vnde & cautionem fideicommiſſarius[c] dabit[d] non minus quartam ſeruare: niſi & ipſam teſtator, ſicut in pronunciato nobis facto, prohibuit. cùm enim ipſe teſtator omnem non fideiuſſionem ſolùm, ſed etiam cautionem relaxauerit, nos aliter diſponere, non eſt morientis conijcere voluntatē.

EPILOGVS.

¶ Hæc igitur ſit cauſis deciſio, ipſi qui præbuit quæſtionem, & alijs omnibus, in quibus pendêre contigerit caſus teſtamentorum quidem factorum, & teſtatorum quippe defunctorum: nondū autem tali locum accipiente fideicommiſſo, ſed adhuc eo qui grauatus eſt, ſuperſtite. Et hæc dicimus non in filijs ſolùm, ſed etiam in alijs cognatis & extraneis agere, in quibus omnino tale fidei cōmiſſum relinqui contigerit. Tua igitur gloria omnib⁹ hæc manifeſta faciat noſtris ſubiectis, vt ſciant quemadmodum competat & viuere eos, & mori, & teſtari, & fideicommiſſa relinquere, & alia agere quæ in talibus ſunt ſancita. Dat. Kal. Febr. CP. Dom. Iuſtin. PP. Auguſt. anno XIIII.[e] Baſilio V. C. Conſule.

DE PRIVILEGIIS DOTIS[f] HÆRETICIS[g] MVLIERIBVS NON PRÆSTANDIS.

Tit. X.

NOVELL. CONSTIT. CIX.

Imp. Iuſtin. Aug. Iohanni glorioſiſſ. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

VNAM nobis eſſe in omni noſtræ reipublicæ & imperij vita, in Deo ſpem credimus: ſcientes quia hæc nobis & animæ & imperij dat ſalutem. vnde & legiſlationes noſtras inde pendêre competit, & in eam reſpicere: & hoc eis principium[h] eſſe, & medium, & terminū. Sciunt igitur vniuerſi quia ante nos imperantes, & maximè Leo[i] pię memorię, & Iuſtinus[k] pię memoriæ noſter pater, in ſuis cōſtitutionibus, hæreticis omnibus interdixerunt, vt neque vlla ipſi participarentur militia[l], neque quodlibet in publicis curis participium haberent, vti ne occaſione

[a] Rogatus reſtituere quidquid ei ſupererit ex hæreditate defuncti, nedum nouem vncias ex qua uis cauſa, ſed ex tribus reliquis vncijs certis de cauſis deminuere poteſt.

[b] Nota remedia fideicommiſſario generali competentia. Si triuncium eius deminutum fuit citra cauſam ab hærede, & is alia bona habeat. eo enim caſu fideicommiſſarius aget in eius bona ad ſupplementum triuncij, *Vt hic*: ſi non habet, res alienata poſſidentibus condicetur *Verſic. ſi verò contigerit* ĵ. *eodem.*

[c] id eſt, hæres vt in *lege quinquageſimaprima. ff. de iudicijs.*

[d] *lege quinquageſima quarta in fine ff. ad Trebellianum.* Imò, non dabit *lege ſexta Cod. ad Trebellianum.* Res ita eſt: dabit ſi reſtituere iuſſus eſt fratri, non ſi liberis ſuis, niſi iuſſus ſit cauere, vel tranſierit ad ſecundas nuptias *Vide Cuiacium ad Nouellam trigeſimamſeptimam.*

[e] XV. vt ſit annus Chriſti 541.

[f] quorum ſit mentio *7. C.* 74.

[g] De hæreticis vide Iulianum *conſtitutione centeſimaſecunda*, περὶ αἱρετικῶν τῇ πίστι γυναικῶν *Scrimg.* id eſt de mulieribus fide hæreticis. [h] Orphæus de Deo loquens ἀρχὴ πάντων, πάντων τε τελευτή. [i] *lege nona Codice de diuerſ. off.* [k] ea deſiderantur in titulo Codicis *de epiſcopali audientia.* ſed extant in libro 57. Baſilicōn *Cuiac. hic.* poſſis tamen dicere hic intelligi legem 12. *C. de hæreticis.* Huc poteſt referri lex 20. *de epiſcopali aud.* [l] *d. l. 20. d. l. 12.*

militiarum & publicorum collegiorum ſanctæ Dei catholicæ & apoſtolicæ eccleſię membra viderentur vaſtare: ita & nos ipſi hoc egimus, noſtris cõſtitutionibus hoc roborantes. Hæreticos [a] verò & illi dixerunt, & nos dicimus eos, qui diuerſarum ſunt hæreſium: quibus coniungimus & connumeramus & qui Neſtorij Iudaicam [b] ſequuntur veſaniam, & Eutychianiſtas [c], & Acephalos [d], qui Dioſcori [e] & Seueri [f] mala ſecta languent, & Manichæi [g] & Apollinaris renouãtium impietatem: & ad hoc omnes qui non ſunt membrum ſanctæ Dei catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ, in qua omnes concorditer ſanctiſſimi epiſcopi, & totius orbis terrarum patriarchę [h], & Heſperiæ [i], & Romæ, & huius regiæ ciuitatis, & Alexãdriæ, & Theopoleos [k], & Hieroſolymorum, & omnes qui ſub eis conſtituti ſunt ſanctiſſimi epiſcopi, apoſtolicam prædicant fidem, atque traditionem. Igitur ſacram [l] communionem [m] in catholica eccleſia non percipientes à Deo amabilibus ſacerdotibus, hæreticos iuſtè vocamus. Nam licèt nomen [n] Chriſtianorum ſibimet impoſuerint: attamen à Chriſtianorum ſe fide & communione ſeparant, Dei iudicio ſemetipſos ſubdi cognoſcentes.

a Quinam hæretici ꝟ. l. 2. in f. C. de hæreticis.
b .i. rebellē.
c Conſtantinopolitanus monachus ſenex hæreſim ſuam inchoauit, *Leo epiſc.* 10. 11. 19. 70.
d ita dicti fuerunt, quòd nemo qui factionis eorum author fuerit, ignoretur *Marianus.* vel quod pręfectos eccleſiaſticos non admitterent. *ꝟide Ruſticũ Diaconũ aduerſus Acephalos.*

CAP. I.

QVæ igitur de hæreticis prolata ſunt lege, omnibus ſunt manifeſta. Nos autem volentes orthodoxam amplectentes fidem, & eam defendentes: habere aliquod amplius priuilegium ijs qui alienant ſemetipſos à Dei ouili (quoniam neque [o] iuſtum eſt æqualibus cum orthodoxis hæreticos dignos fieri priuilegijs) propterea & nunc ad pręſentem reſpeximus legem. Quia [p] enim dedimus priuilegium mulieribus dotium, vt etiam prioribus [q] creditoribus præponantur, & meliorem ordinem eas habere, & necà tempore ſuperatas: in donationibus

e ſucceſſoris D. Cyrilli Alexandriæ epiſcopi *l. 8. C. de hæreticis: de quo ꝟide 1. Euagrij* 10. & 2. c. 2. 4. *Liberatum in Breuiario c.* 10. damnatus in concilio Chalcedonenſi. f is fuit epiſcopus Antiochenus, fautor Acephalorum 3. *Euagr.* 33. & 4. *c.* 4. g genere Perſa, vt doctrina infamis, ita & morte. Nam cum filio regis Perſarum liberationem morbi fuiſſet pollicitus, iſque poſtmodum moreretur: in carcerem Manes cõijcitur. ex quo cum euaſiſſet retractus, arundine viuus excoriatus eſt, eiúſque vtrem excoriatum paleis expletum Perſæ multis annis adſeruarunt, vide Sudam & Epiphanium. h Nota de patriarchis. Romano ſcilicet, Conſtantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, Hieroſolymitano. adde, de epiſcopo Iuſtinianeę Primæ Nouel. 131. *c.* 3. Iuſtinianeæ Carthaginis *c.* 4. quibus idem ius competit in ſuis prouincijs quod ſuperioribus. i id eſt, Italiæ. k id eſt Antiochiæ. l Quinam hæretici *l. 2. l. 12. Co. de hæreticis.* m fidei ſcilicet. n Auguſtinus *tom. 4. de fide.* Nullum genus exortum eſt errorum quod ita ſit repertũ Chriſtianæ religioni aduerſari, quod non affectauerit atque maluerit Chriſti nomine gloriari. o priuilegia Chriſtianorum non extenduntur ad hæreticos, ꝟ. *l. 1. C. de hæreticis: Nouell.* 45. *§. eod.* p hinc ſumpta eſt authentica, Item priuilegium *C. de hæreticis.* q Dotis priuilegia duo hîc enumerantur: Vnum, tacitæ hypothecæ, *ibi, & tacitas hypothecas, ȷ. eodem.* Alterum, vt vi iſtius tacitæ hypothecæ dos præferatur prioribus creditoribus *ꝟt hic: Nouel. 97. c. 3. l. 12. Cod. qui potior.* An expreſſam habentibus? Bulgari opinio, eaque vulgaris negat: vultque mulierem præferri tantum creditoribus actionem perſonalem habentibus & tacitam hypothecam, non expreſſam: etiamſi mulier expreſſam habeat hypothecam *ꝟide Hartmanium 2. pract.* 17. Contra, Martini opinio, quam veteres Galli interpretes tenuerunt, ea eſt: mulierem, vi tacitæ ſuæ hypothecæ, antiquioribus præferri: quam Robertus defendit, vt Iuſtiniani verbis & menti magis conſonam 3. *animaduerſ.* 14. Mouetur, quòd ius priuilegij datum ſit mulieri contra omnes mariti creditores, licet anterioris ſint temporis priuilegio vallati *l. 12. §. 1. Cod. qui potiores.* Ergo contra expreſſam habentes: lex enim non diſtinguit. Mouetur etiam quod mulier præferatur creditori cuius pecunia res empta eſt, cuique nominatim expreſſa hypotheca competit *Nouel. 27. c. 3.* Qui Bulgari opinionem tuentur, volunt mulieri competere priuilegium contra omnes creditores mariti anteriores. Omnes, inquam, tacitam tantum hypothecam habentes. Mouentur, quod fiſcus creditor cedat anterioribus creditoribus expreſſam habentibus *l. 8. ff. qui potior: l. 4. Cod. qui potior*: ergo & mulier, cùm ſit in cauſa pignoris eadem fiſci & mulieris ratio *l. 2. C. de priuilegio fiſci.* Ad hæc, Vi tacitæ hypothecæ mulier dicitur præferri creditoribus expreſſam habentibus *l. 29. Cod. de iure dot.* Ergo à contrario, non præfertur anterioribus. Mouentur quoque, quòd priuilegij præcipuum ius alteri quæſitum minui non poſſit *l. 2. §. 10. §. 16. ne quid in loco publ: l. 2. C. de precib. imper: l. 4. C. de emanc. lib*: ergo nec anteriorum creditorũ expreſſam habentium ius minui poteſt. Poſtremò, non obſtare Nouellam 97. *c.* quæ non id exprimit, mulierem præferri creditoribus anterioribus mutuantibus in emptionem agri, ſed poſterioribus tantum *d. c.* 3. *ibi, ꝟeniat creditor poſterior quidem.* Cauſam autem de qua hîc agitur aliam eſſe, cum in ea ſit quæſtio, An mulier præferatur anterioribus creditoribus expreſſam habentibus.

autem propter nuptias ſecundũ tempora per quæ fiunt, tacitas hypothecas [a] habere, omnibus in præſenti facimus manifeſtum per hanc ſacram noſtram legem, quia & hoc priuilegium, & tacitas hypothecas, & omnia alia quæ mulieribus omnibus in diuerſis priuilegijs à noſtris legibus data ſunt, illis damus ſolis, quatenus his fruantur, & vtãtur, & quę diligentiam habent rectam, & adorandam noſtram fidem tenere (catholicæ dicimus & [b] apoſtolicæ eccleſiæ) & participare in eius ſalutari communione. Quæ enim ſeparant ſe à ſancta Dei catholica & apoſtolica eccleſia, & ſacroſanctam in ea communionem percipere nõ patiuntur à Deo amabilib. ſacerdotib. nolumus omnino talibus frui priuilegijs. Si enim ſe ſeparant à Dei muneribus & à ſacra communione alienas faciunt: multo potius & nos non eas dignas fieri priuilegijs, neque ex noſtris legibus frui permittimus cõtinentia: ſed ſint eis inaggreſſibilia [c] omnino ex legibus beneficia: & omni priuilegio ex noſtris conſtitutionibus eis dato priuabuntur.

CAP. II.

LIcebit autem eis melioris [d] ſententię factis, & rectam verãq; amplectentibus fidem, & hac ſemper contẽtas talibus perfrui muneribus & priuilegijs. his in omni ditione valentibus, atque ſeruãdis principaliter quidem à Deo amabilibus epiſcopis & ſacerdotibus, deinde à noſtris adminiſtratoribus & iudicibus, ſiue ſint maiores ſiue minores: & inſuper à tua celſitudine, apud quam & præſentem facimus legem. Vnde competens eſt, & iudices apud quos aliquæ mouebuntur contra mulieres cauſę, aut à mulieribus quædam priuilegia ſibi vindicare volentibus, reſpicere ad præſentis noſtræ legis ſubtilitatem: & ſi non inuenerint eas orthodoxæ fidei exiſtentes, & percipientes ſacroſanctam & adorabilem communionem in ſanctiſſima catholica eccleſia & apoſtolica à venerandiſſimis eius ſacerdotibus, non permittere frui ex noſtris conſtitutionibus priuilegijs.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua celſitudo cognoſcens, cauſis apud eam motis ſeruare: & operi effectuíque tradere curet, & per ſolemnia edicta & præcepta propria omnibus faciat manifeſta & in hac feliciſſima ciuitate, & in prouincijs: vt cognoſcant omnes quanta & quæ nobis cura eſt & veræ circa Dominum Chriſtum verum Deum fidei, & noſtrorum ſubiectorum ſalutis. Dat. II. Kalen. Maij, Conſtan. Domi. Iuſt. PP. A. anno XIIII [e]. Baſilio V.C. Conſ.

DE NAVTICIS [f] VSVRIS †.

Tit. XI.

NOVEL. CONSTIT. CX.

Imp. Iuſtin. Aug. Iohanni glorioſ. ſacrorum Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario, & patricio.

PRÆFATIO.

NOVIMVS ex denuntiatione tuæ celſitudinis, legem feciſſe iam [g] nos de traiectitijs pecunijs, quæ manifeſta facta eſt foro tuo.

CAP. I.

SEd quoniam poſtea aditionibus nobis factis, percepimus legem illam non valere, reſcindi [h] eam ſperantes ex foro tuo: cognouimus autem eam & in quibuslibet prouincijs iam inſinuatam: propterea ſancimus talem legem omnino vacare. & ſi contigerit etiam per prouincias eam deſtinari, nec ibi valere: ſed inualidam eſſe. Sícque non volumus cauſam procedere, tamquam ſi nec ſcripta fuiſſet memorata lex: ſed ſecundum de talibus poſitas leges à nobis negotia & æſtimatione & ſententia potiantur.

a tacitas ſcilicet. Tacita dotis hypotheca tacitis prioribus & poſteriorib' præfertur: ſed & poſterioribus expreſſis, eo excepto qui militiæ emendę cauſa credidit *Nouel.* 97. *c.* 4. Expreſſa, vt poſteriores tacitas & expreſſas excludit (eſt enim prior tempore) ita cedit anterioribus expreſſis *Nouel.* 87. *c.* 3. & interdum ſoli tacitæ, putà vxoris anterioris hypothecæ *ꝟide Nouell.* 91. *c.* 1.
b Nota epitheta veræ Eccleſiæ.
c ἄβατοι εὐεργεσίαι Scr. .i. Ad priuilegia orthodoxæ eccleſiæ, heretici aſpirare nõ poſſunt.
d Pœnitentibus hereticis indulgetur *l. ꝟlt. in fi. Cod. de ſumma trinitate, adde Nouel.* 17. *c.* 8. *l. ꝟlt. in fin. C. de ſumma trinitate.*
e XV. vt ſit annus 541.
f de nautico fœnore *conſt. Leon.* 103.
† hæc conſtitutio abrogat Nouellam 106. idque hîc iubetur, In nauticis pecunijs non licere centeſimam excedere. Per Nouellam centeſimam ſextam, licebat in ſingulos ſolidos denos capere, quæ vſura erat dextans, & hoc ampli' imponere in ſingulos ſolidos ſingulos modios tritici vel ordei, pro quibus vectigal debitor nauicularius ſiue negotiator expendebat: quo adiecto, excedebatur ea conuentione legitimæ vſuræ modus. g .i. Nouel. 106. h ἀναληφθῆναι. quidam vertunt *reſumi*, Haloander vertit *recipi*. Cuiacius *reuocari*.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua celſitudo operi effectuiq; tradere feſtinet. Dat. 6. Kal. Maij, CP. Dom. Iuſtin. PP. Auguſt. Biliſario V. C. Conſule [a].

[a] i. anno 541.

HÆC CONSTITVTIO INNOVAT† conſtitutionem quæ præſcriptionem centum [b] annorum venerabilibus locis dederat.

Tit. XII.

NOVELL. CONSTIT. CXI.

Imp. Iuſtin. Auguſt. Theodoto Orientalium prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

QVOD medicamenta [c] morbis, hoc exhibent iura negotijs. vnde conſequitur, vt nõnunquam à iudicio diſcordet effectus, & quod credebat coniectura prodeſſe, experimento inueniatur inutile. pbat igitur hoc pſentis etiã neceſſitas ſanctionis, in qua priuilegium ex religioſo propoſito ſacroſanctis eccleſijs Dei, & monaſterijs, alijſque religioſis locis conſtitutione noſtra nuper indultum, neceſſaria correctione diſtinguimus. Dudum [d] ſiquidem iuſſeramus ad centum illis annos exceptionis propagari curricula, per cuius licentiam ſanctionis negotia quidem multa cõmota ſunt, & velut antiquorum vulnerum obductæ patuerunt iterum cicatrices: ſed eorum ſanitas prouenire non potuit, probationum ſcilicet difficultatibus impedita: quoniam per tantum ſæculi magis quàm temporis ſpatium, nec documentis integritas, nec actis fides, nec ætas valet teſtibus ſuffragari.

CAP. I.

VNde quia largitati noſtræ cauſarum non occurrit anguſtia: cum ratione ſimul ac religione tractantes prædictum priuilegium, vſque ad poſſibilem modum deducere experimento retraximus, & iubemus in negotijs quæ antehac triginta annorum remouebat exceptio, nunc venerabilibus eccleſijs, monaſterijs, & xenodochijs, nec non orphanotrophijs, & brephotrophijs, & ptochotrophijs quadraginta [e] annorũ prelatio conſeratur: ſalua ſcilicet circa alias perſonas & cauſas virtute quam ſemper tricennalis [f] ſibi præſcriptio vindicabat: quoniam hanc decem annorum adiectionem ſolis (vt dictum eſt) religioſis locis, eorúmque iuri vel contractibus indulgemus: vt ſopitæ hoc temporis ſpatio tam perſonales quam hypothecariæ actiones in perpetuum cõquieſcant: nihil penitus alijs exceptionibus derogantes: ſed tam in alijs quàm triennio vim roburque tenentibus. in illis námque (vt dictum eſt) negotijs religioſos contractus memorato quadraginta annorum priuilegio volumus perfrui, in quibus eis centum annorum prærogatiuam conſtitutio [g] noſtra contulerat. Si quas planè cauſas ante hanc noſtram conſtitutionem ab eccleſijs cæteríſque ſacris locis vbicumque commotas, iudicialis ſententia aut tranſactionum conuentio terminauit, noluimus refricari, ſed in reliquum illis hanc obijci ſanctionẽ quas antehac ſopitas octo [h] luſtrorum ſilentio moueri hactenus, aut motas terminari non contigit.

EPILOGVS.

¶ Illuſtris igitur & magnifica auctoritas tua, quæ per hanc generalem legem noſtra ſtatuit æternitas, edictis propoſitis ad omnium notitiam faciat peruenire. Dat. Kalend. Iunij, Conſtantinop. imperij D N. Iuſtin. perpetuo Aug. an. X V. Baſilio V. C. Coſ. [i]

† de tempore actionum ſacris locis cõpetentium *Index Regina* de præſcriptione centum annorum ſublata, quæ ſanctis eccleſijs locíſve alijs venerabilibus competebat *Iulian. conſt.* 103. competebat inquã, *Vt Nouell.* 9. *ſupra & l. vl. Codice de ſacroſanctis eccleſiis.* quæ hoc modo abrogatur reducto veteri iure, *lege vltima Cod. de fundis patrimon.* In antiquis legibus Caroli & Ludouici ita eſt ſcriptum, Ne X. anni vel XX. vel XXX. annorum præſcriptio religioſis domibus opponatur, ſed ſola 40. annorum curricula: & non ſolum in cæteris rebus, ſed etiam in legatis & hæreditatibus. Porro hæc Nouella extat inter edicta Iuſtiniani quinto loco Harmenopulus eam *lib. 1. titul.* 3. appellat Nouellam non Edictum.

[b] hoc innuitur, Actiones eccleſijs competentes 40. annis præſcribi, *Vt Nouell.* 131. *cap.* 6. in eccleſias ad ſummum 30. annis præſcribi, *Vide Cuiacium hic: & 5. obſeruat. 5. & cap. 31. de preſcript.* [c] Negotia, morbi: iura medicamenta & remedia. [d] *.i. Nouell.* 9. [e] Locis religioſis & eccleſijs actiones pereunt annis 40. Quacunque actione experiatur eccleſia, excluditur quadraginta annorum præſcriptione & ita reuocatur ius antiquum *l. vlt. Cod. de fund. patrimon.* [f] Quæ priuatis competunt in eccleſiam actiones, excluduntur præſcriptione annorum 30. *vide Cuiac. 5. obſ. 5.* [g] *i. Nouell.* 9. [h] .i. quadraginta annorum. Luſtrum enim continet 5. annos. [i] id eſt, anno 541.

DE LITIGIOSIS [a] ET DE DECIMA [b] parte litis ab actore cautela præſtanda

Tit. XIII.

NOVEL. CONSTIT. CXII.

Imp. Iuſtin. Aug. Theodoto Orientalium prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

MVLTA quidem de litigioſis tam antiqua [c] legiſlatorum prudentia quàm imperialis diſpoſitio promulgauit. ſed in præſenti quidem iudices à noſtra clementia petierunt, vt dubietatem diſcernamus, quæ adhuc pro huiuſmodi cauſis in iudicijs commouetur, & leges nec nõ conſtitutiones ſuper his poſitas apertius explanemus: vt iam manifeſtiſſimũ ſit quas res vocari litigioſas oporteat.

Quæ res litigioſa ſit.

CAP. I.

IDeoque [d] ſancimus litigioſam [e] dici & intelligi rẽ mobilem, ſeſéque mouentem, de cuius dominio cauſa inter petitorem & poſſidentem mouetur aut per iudiciariam conuentionem aut p preces principi oblatas, & inſinuatas iudici, ac per eum aduerſario [f] interpellatoris cognitas, in his enim caſibus etiam præteritam conſtitutionem manſuetudinis noſtræ poſthac volumus obtinere: in qua ſcientes & ignorantes emptores diſcreuimus, & hoc adijciendum eſſe perſpeximus, vt ſi lite de re litigioſa pendente pulſatum contigerit ab hac luce recedere, heredes autem eius velle diuiſionem [g] rerum facere, ſine aliquo obſtaculo liceat eis hoc agere. Quando enim res litigioſæ per ſucceſſionem ad hæredes perueniunt, non [h] debet alienatio intelligi earum inter cohæredes diuiſio. Et [i] hoc autem pręſenti noſtra lege decernimus, vt ſi contigerit vnum pro tali cauſa litigantem, ab humano conſortio recedentem, per vltimam voluntatem res aliquas de quibus dominij dubitatio vertitur, legati [k] nomine cuicumque relinquere: ſi quidem heres iudiciali ſententia dominus earum fuerit demonſtratus, tunc legatarius quod ei relictum eſt, modis omnibus conſequatur. Si verò heres in iudicio victus [l] extiterit, non † habeat legatarius licentiam aliam rem pro eodem legato hæredem exigere: quoniam ſciens teſtator rem litigioſam eſſe, litis euentum [m] legatario dereliquit. Vnde damus licentiam legatario (ſi hoc prodeſſe ſibi putauerit) litis participem fieri: vt ne aliquam fortè negligentiam ſeu proditionem heredi poſſit obijcere. Ab [n] hoc autem litigioſi vocabulo hypothecas ſeparari [o] decernimus, & in his hanc diſtinctionem tenere: vt ſi quidem ſpeciales res mobiles, vel immobiles, aut ſe mouentes nominatim [p] fuerint hypothecæ ſuppoſitæ, liceat quidem debitori eas, cui & quando voluerit vendere: ſic tamen, vt ex pretio earum vſque ad debiti quantitatem ſatisfaciat

[a] *Iulian. conſtitut.* 105: 44. ff. 6: 8. *Cod.* 37. Hodie in Gallia hic titulus parum eſt in vſu: cùm cuiuis litigioſa res cedi poſſit, & ceſſione facta, ceſſionarij poſſint agere: ſi tamen à rege literas impetrauerint, iudici mãdantes, ceſſionarium admitti ad litis proſecutionem & in locum cedentis ſubrogari vitio litigij ceſſionario remiſſo *Vide Imbert. in Enchiridio.* [b] *c. 2. j.* [c] *l. 3. ff. eo. & l. 4. Cod. eod.* [d] hinc ſumpta eſt authẽtica, *Litigioſa Cod. de litigioſis.* [e] Ligitioſa res quando dicatur *Vide l. 1. ff. eod: l. 1. Cod. eod.* [f] .i. reo. [g] Res litigioſæ diuidi poſſunt inter hæredes *l. 4. in fin. Cod. cod.* [h] Diuiſio inter cohæredes, alienatio propriè non eſt, nec enim alienat qui diuidit *Iulianus hic.* Nam qui alienat, rem ſuã transfert. qui accipit, rem quæ fuit alterius nec antea ſuam accipit. Qui ex diuiſione accipit, rem ſuam recipere videtur. [i] hinc ſumpta eſt authentica, Nunc ſi hæres *Cod. de litigioſis.* [k] Res litigioſa legari poteſt. [l] Ordo litigandi is eſſe poteſt, Re litigioſa legata, (dic idem ſi donata eſt, aut ſi translata eſt titulo aliquo lucratiuo,) ſi ea nondum legatario tradita eſt, ſed penes hæredem ſit, heres conueniendus eſt. poteſt tamen legatarius adeſſe iudicio, vt nulla negligentia vel colluſio ab hærede committatur, *Vt hic.* Si iam tradita eſt, & hæres & legatarius ſint actori pręſentes, puto diſcutiendum primò hæredem *Auth. hoc ſi debitor Cod. de pignorib.* multo magis, ſi litem cum eo actor fuerit conteſtatus. adeo vt iniquum videatur dimiſſo aut reiecto herede in legatarium experiri *l. 30. ff. de iudic.* niſi fortè actori rei vindicatio *l. 9. inf. ff. de rei vindic.* aut hypotheca ſpecialis competat, *Verſ. Si autem hoc debitor j. eod.* Quid ſi poſſidens ex cauſa legati conuenitur? auctoris ſui heredes laudare non poteſt *l. 2. C. de euictionib.* & ſententia ſecundum actorem lata, licẽtiam non habet rem aliam ab hæredibus petendi, *Vt hic*: quod olim non fuit *Vt j. dicam.* † olim litis æſtimatio præſtanda erat legatario *l. 3. 4. Cod. eod.* [m] Qui rem litigioſam ſciens legat, litis euentum legare intelligitur, non autem id velle, vt ea euicta ab heredibus, res alia legatario pręſtetur [n] nec cogitur eo caſu actor aut heres denũciare litẽ legatario. põt etiam legatarius eo caſu condemnato hærede appellare. [o] hinc ſumpta eſt authentica, Hoc ita *Cod. de pignorib.* [p] ὀνομαστὶ. Nominatim res obligari dicitur, quæ ſpecialiter obligatur, non quæ traditur. [q] Aliud eſt, rem eſſe hypothecæ ſubiectam, aliud litigioſam.

[a] Debitor pi- creditori. Si [a] autem hoc debitor non fecerit: damus licē-
gnus ſpeciale tiam creditori, qui rem venditam ſuppoſitā habet, eandē
poteſt vēde- rem vindicare, donec ei ſatis pro debito fiat. Hoc autem
re *l.6.ff.de pi-* præcipimus obſeruari, ſi [b] non fortè antè aut per genera-
gnorat. Si ta- lem aut per ſpecialem nominatim hypothecam eadem
men ex eius res alijs fuerit creditoribus obligata. tunc enim ſecūdum
pretio non ſa ſacrarum noſtrarum legum tenorem, temporum [c] priui-
tisfiat credi- legia vnicuique creditorum ſeruari decernimus. Ex quo
tori, non co- iam claret quòd generales hypothecas multo [d] magis li-
gitur credi- tigioſi vocabulo nolumus contineri: ſed earum actiones
tor debitorē ſecundum veterum legum conſtitutum examinari, & in-
diſcutere, de vim præcipimus obtinere. Et hęc quidem de litigioſis,
cùm ei liceat & ſpeciali necnon generali hypotheca diſpoſuimus, vt iā
pignus vindi nulla de his in iudicijs dubitatio generetur, ſed ſecūdum
care à poſſeſ- diſtinctionem huiuſmodi certamina terminentur.
ſore. & hunc
ſenſum puto
veriorem eſ-
ſe. quanquā
alij hæc ver-
ba alio refe-
rant ad eū ſ.

De cautione quæ ante reorum citationem præſtari debet ab actore.

CAP. II.

AD excludendas autem calumnioſè mouentium in-
tentiones, & executorū fraudes, aliud inuenit pro-
uidentia noſtra remedium. Sancimus [e] enim omnes
casū quo diſ- iudices, ſi quando aliquos teneri [f] vel [g] amoueri volue-
cuſſis bonis rint, hanc conditionē in ſuis interlocutionib' adijcere, vt
debitoris cre non aliter conuentionales libelli pulſatis porrigātur, aut
ditori nō fue ſportulæ executoribus dentur, niſi prius & in libello a-
rit ſatisfactū. ctor per ſe aut per [h] tabularios ſubſcripſerit [i]: & actis in-
& malè cùm teruenientibus fideiuſſorem [k] idoneum periculo com-
hîc permitta petentis officij prǣſtiterit, confitentem quòd vſque ad fi-
tur creditori nem litis permaneat, & ſuas intentiones aut per ſe aut per
hypotheca- legitimum procuratorem exerceat: & ſi poſtea fuerit ap-
ria, quo caſu probatus iniuſtè litem mouiſſe ſumptuum, & expenſarū
res ſpeciali- nomine decimam [l] partem eius quantitatis quæ in libel-
ter ei obliga- lo continetur, pulſato reſtituàt. Si [m] autem dixerit non
tæ venditæ valere fideiuſſorem dare: tunc apud iudicem à quo cauſa
fuerint, nec examinanda eſt, ſanctis propoſitis euangelijs per ſacra-
ex earū pre mentum hoc ipſum affirmet, & ſic iuratoriā [n] cautionem
tio ei ſatisfa- exponat, & per eā hæc quæ ſuperius dicta ſunt, profitea-
ctum fuerit. tur. 1 ❡ Si verò non hæc omnia quæ prędiximus, ſecun-
non dicitur dum antè latum modum proceſſerint, nullatenus pulſa-
autem ex a- tum reſponſum facere executori concedimus. nam ſi ci-
liarum pre- tra memoratam diſpoſitionem, aut aliquis iudicum, aut
tio. Et ita in officium eius, vel quilibet executor negotij aliquem cō-
eo differre uenire præſumpſerit: iudex quidem & officium eius de-
puto ſpecia- narum librarum auri pœnam ſuſtinebit: ipſe autem exe-
lem hypothe cutor negotij & confiſcationem ſuæ ſubſtantiæ patíetur,
cam à genera & exilio quinquēnali damnabitur: pœna videlicet ex hac
li. quod cer- lege competete, periculo viri magnifici pro tempore co-
tis caſibus vi mitis rerum priuatarum exigenda, & noſtri fiſci iuribus
prioris ac ſpe
cialis poſſeſſorem ſequi poſſis, non diſcuſſo principali. ex generali ſem-
per ſit diſcutiendus principalis, quam poſſeſſor: idq; natura ſpecialis hy
pothecę, ſed & ſuperiora illa verba à Triboniano intermiſſa & detrun-
cata *in his hāc diſtinctior ē tenere ſ. eo.* euidēter oſtendūt. [b] Specialis hy-
po heca prior tēpore, ſpeciali, tempore poſteriori, præfertur, *Vt hic:* vt
& ſpecialis prior tēpore, generali poſteriori, *Vt hic:* Generalis verò ante-
rior, generali vel ſpeciali poſteriori præfertur *l.2 ff. qui potior: l.6 C. qui
potior:* etiamſi res ſpecialiter poſt conſtitutionem generalis hypothecę
obligata, à debitore fuerit adquiſita. ꝓducitur enim ad res futuras ius
generalis hypothecæ *l. Vlt. C. quæ res pign.* Quid ſi generalis creditor,
anterior tempore, pignus ſpeciale creditori ſpeciali euincat.? Generalis
creditor cogetur antea diſcutere cætera bona debitoris *auth. Hoc ſi de-
bitor C. de pignor.* nec beneficiū pignoris ſpecialis ſpeciali creditori au-
ferendum, vt illud vel non perſequatur vel non retineat. Et in eo ꝓpriè
verſatur vtilitas pignoris ſpecialis, vt quod emptor rei pignoratæ ob-
ijcere creditoribus generalem hypothecā habentibus poſſit: idē quoq;
obijciāt poſteriores creditores pignus ſpeciale vel poſſidentes vel per-
ſequentes. vt eo pacto beneficiū diſcuſſionis, & emptoribus & credito-
ribus (quibus ius eſt ſpecialis hypothecę) competat: nunquā tamen in
detrimentū anteriorū creditorū, quib' datur hæc ſubſidiaria diſcuſſio:
rei, ſc. principalis. [c] *l.3. C. qui potior.* [d] Si ſpecialis hypotheca rē litigio-
ſam non facit, multò minùs generalis faciet. [e] hinc ſumpta eſt authen-
tica, Generaliter *C. de epiſ. & cleric.* [f] συχεθῆναι cōprehendi. [g] ἢ ὑπο-
μνηθῆναι. vel admoneri, citari *Hal.* [h] Per tabulariū actor poteſt ſub-
ſcribere. [i] libello accuſatorio ſc. *V. Iulian. hic nu.* 369. [k] *Nouel. 53. c. 2. §. 2.
Inſt. de ſatiſdat.* [l] Pœna temerè litigantis §. 1. *Inſt. de pœna tem. litig: No-
uel. 53. c. 1. Nou. 96. c. 1: adde Cuiac. 7. obſ. 5: adde quæ ſcripſi de decima ad l. 2.
§. 2 ff. de pollicitationib.* [m] Libellus reo antea dari non poteſt, quàm ſi lis
ſit criminalis, accuſator ei ſe ſubſcripſerit: q̄ fideiuſſorē de lite ꝓſequē-
da dederit, & decima quātitatis in libello cōprehenſa prǣſtāda, quo ca-
ſu lite malè mouiſſe dictus fuerit. Si fideiuſſorē dare non poteſt, iura-
toriæ cautioni cōmittetur. [n] Iuratoriæ cautioni committitur, qui fide-
iuſſorem reperire non poteſt *V. l. 12. C. de ſacroſ. eccleſ: l. 12. C. de proxim,
ſacror. ſcrin.* [o] Pœna denarum librarum iniuſto executori.

inferenda. Omne autem diſpendium quod pulſatus ex hac conuentione præter tenorem noſtræ legis factū perpeſſus fuerit, ex petitoris ſubſtantia pulſato reſarciatur periculo iudicis, cuius ab executore detentus eſt, necnon & officij quod eius iuſſionibus obſecundat, vt vndique noſtro imperio ſuperna ma eſtate ac diuinitate crediti, ꝓ ſua indemnitate lætentur. Cauſas vero quæ ex conſenſu vtriuſque partis in iudicio mouentur, à pœna huius conſtitutionis liberas eſſe decernimus: & ſicut alijs noſtris continetur conſtitutionibus, terminari.

Vt poſt annum & tria edicta in actorem contumacem ſententia feratur.

CAP. III.

OMnem [a] verò cauſarum finem volentes celeriter peruenire, illorum malignitatibus obuiamus, qui tantummodo proponunt actiones, nolunt autem vſque ad finem exercere iudicium, dicentes legem [b] eſſe, quæ decernit neminem actiones ſuas exercere nolentem compelli. Et hanc igitur prauitatem extinguere feſtinantes, iubemus memoratæ legis auxilio non [c] eos vti, qui contra aliquem ſuas propoſuerint actiones, ſiue per iudiciariam conuentionem, ſiue per preces principi oblatas, & iudici inſinuatas, & per eum ad ſcientiam aduerſarij deductas, vel ſub legitimi iudicis cœptas examine. Iniuſtè enim agere recuſat, qui paratus [d] aduerſariū ſuum ad iudicium vocauit: cùm excuſatio hæc pulſato magis quàm actori cōueniat. Quamobrem ſancimus actorem [e] cœptum negotium vſque ad finem litis exercere. Si verò cauſam proſequi diſtulerit: damus pulſato licentiam, iudicem apud quem lis cœpta eſt poſtulandi: vt ab eodem iudice actor ad iudicium aut per ſe aut per legitimum ꝓcuratorem venire moneatur: & ſi hoc minime fecerit, ꝓpoſitis tribus vocetur edictis: vnaquaque cautione non minùs quàm triginta† dierum ſpacio concludenda. Iubemus enim ordinarios iudices non ſolùm præconum [f] vocibus, ſed etiam edictis propoſitis quamcunque litigatorum partem abſentem in iudicium vocare. Vocem enim præconum pauci poſſunt qui pręſentes inueniuntur, audire: edicta verò per multos dies ſic poſita poſſunt penè omnes agnoſcere. Alijs autem omnibus iudicibus qui per imperialem iuſſionem cauſas examinant, ex præſenti lege permittimus partes quæ in iudicio non permanent, ꝓpoſitis edictis vocare, ne cauſæ infinitę permaneāt. 1 ❡ Si verò apud iudicem initium lis non acceperit, ſed tantum conuentionali libello quicumque pulſatus eſt, aut precibus noſtræ oblatis clemētiæ: iuſſio noſtra ſuper hoc prolata, ſiue ſcriptis, ſiue per mandata iudici fuerit intimata, & ea aduerſario per eum cognita: etiam ſic licebit pulſato ire ad competentem iudicem, & per eum ſuum aduerſarium ſimili modo vocare: vt ſi quidem ſui præſentiam actor fecerit, cauſa ſecundum legum ordinem examinata finem legitimum ſortiatur. 2 ❡ Si verò propoſitis edictis vocatus ad iudicium venire, & ſuas intentiones aut per ſe aut per legitimum (ſicut dictum eſt) procuratorē proponere noluerit: tunc & aliud vnius [g] anni ſpaciū ei concedimus: intra quod niſi ſuam intentionem fuerit ꝓſecutus, damus licentiā iudici, & abſente aduerſario, partis permanētis allegationes ſecundum noſtras leges examinare: & veritate ſubtilius requiſita, legitimam proferre ſententiam. Si verò intra prædictum anni ſpacium venerit: & ſuas intentiones exercere voluerit: iubemus iudicem modis omnibus expenſas vel ſumptus quos propter litem pulſatus permanens in iudicio ſuſtinuerit, ante omnia exigere actorem, & pulſato dare: & ſic actorem permanere: donec cauſa finem ſecundum leges accipiat. Nam ſi tantummodo venerit, & expenſis ſiue ſumptibus datis ſolùm annale tempus interrumpere voluerit, & i-

[a] hinc ſumpta eſt authētica, Qui ſemel *Co. quomodo & quādo iudex.* [b] *l. Vn. Cod. Vt nemo inuitus ager.* [c] Qui ſemel aduerſus aliū egit, actionē cōtinuare cogitur. ideoq; regula, *Vt nemo inuitus agere cogatur.* non pertinet ad actorem *l. 5. C. de ingē. manumiſſ.* [d] Eſt enim in arbitrio actoris agere velit, necne: Neceſſitatis verò in reo, excipere. [e] Actor cœptum negotium ad finē vſq; litis exercere debet. † olim 10. dierum *l. 69. ff. de iudicijs: l. 12. C. de iudicijs.* [f] Abſentes vocantur in ius aut præconis voce ſ. aut per edicta publicè ꝓpoſita. Præconis voce, τοῖς τῶν κηρύκων φωναῖς *Vt hic:* idque dupliciter, vel in ipſo iudicio per pręconem, i. apparitorem *l. 7. ff. de in integ. reſtit.* Par *Vn huiſſier:* vel extra, νομίμοις κηρύγμασι *Nouell. 134. c. 5.* Galli, *A ſon de trompe & cri public: adde l. 10. ff. de public: l. 3. §. 3. l. 15. §. 2. l. 42. §. 1. ff. de iure fiſci.* Per edicta vocātur,

id eſt, programmate, προγράμματος προτεθειμένου: διὰ γραμμάτων v. quæ notaui *ad l. 1. §. 2. ff. de requirendis reis*: ſiue libellis affixis ad domicilium abſentium *l. 4. §. 6. ff. de damno: l. 2. C. de annali præſcript*: vel ad iudicij locum. Porro, Citatio quæ fit per buccinam, raro fieri ſolet, ſed certis caſibus: putà, quoties reus efficit ne citatio ad ſe perueniat: quādo in eo loco eſt, vbi tutò conueniri non poteſt: quoties reus habet incertum & vagū domicilium, quoties contradictor eſt incertus. tunc enim omnes citādi quorum intereſſe poteſt, putà creditores defuncti *l. 6. C. de remiſſ. pignor*: *V. Gayllum 1. obſ. 57.* [g] Si lis nondum eſt conteſtata, tribus edictis reus fit contumax. ab his, anni ſpatium etiam habet, intra quod comparere poteſt, ſolutis tamen priùs aduerſario expenſis *Verſ. Si verò ĵ. eod.* Si comparuerit, & rurſus in parem contumaciam incidat, repellendus eſt *Verſ. Nam ſi tantummodo ĵ. eod.*

terum

terum à iudicio recedens, vſque ad exitũ cauſæ non permanſerit: iubemus eum poſt prædictas edictorum & annalis ſpatij obſeruationes ab omni cadere actione quam ſibi cõpetere contra pulſatũ exiſtimabat. Deterior námque dolus eius agnoſcitur, qui interruptam iterum litem deſeruit, quàm qui ſemel acceptam dereliquit. Legis autem priuilegio, quæ nolentibus non imponit neceſſitatẽ proprias actiones mouere, illis [a] tantũmmodo vti concedimus, qui nullam ſecundum prædictos modos aduerſario mouerint quæſtionem.

EPILOGVS.

¶ Hæc autẽ omnia obtinere decernimus in cauſis quę necdum vel iudiciali ſententia, vel amicabili conuentione, vel alia iuri cognita deciſione finitæ ſunt, Theodote parens chariſſime, atque amantiſſime. Illuſtris itaque & magnifica auctoritas tua præſentem noſtri numinis legem in perpetuo valituram, edictis in hac regia vrbe propoſitis, & præceptionibus in vniuerſis prouincijs ſub tua conſtitutis iuriſdictione directis faciat manifeſtam: vt omnes ea quæ pro vtilitate eorum ſancimus, à ſe cuſtodienda cognoſcant. Dat. 4. Idus Sept. Conſtantinop. imperij D. Iuſtiniani PP. A. anno XV. [b] Baſilio V.C. Conſ.

IN MEDIO [c] LITIS NON FIERI [d] SAcras [e] formas, aut ſacras iuſſiones: ſed ſecundum antiquas leges generales lites decidi.

Tit. XIIII.

NOVELL. CONSTIT. CXIII.

Imper. Iuſtin. Auguſt. Theodoto ſacrorum prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

OMNIA ſecundum [f] noſtras leges agi volentes, & harum virtutem ſeruari ſtudentes, perſpeximus præſentem ſcribere legem ad ipſarum legum obſeruationẽ. Agnouimus enim quoniam quidam iudicum volentes eis qui cauſas dicũt, tergiuerſari, & celare ſuas feſtinantes dilationes, excuſant ſe frequenter, dicentes quòd ſacræ formæ aut ſacræ iuſſiones aut diſpoſitiones ſpectabilium noſtrorum referendariorum inſinuatæ eis ſunt, tanquam diſponentes quemadmodũ oporteat negotiũ examinari aut iudicari.

CAP. I.

ET propterea ſancimus, vt dum lis examinatur, ſiue in pecuniarijs, ſiue in criminalibus, aut alijs quibuſcunque emergentibus cauſis apud iudices, ſiue hîc, ſiue in prouincijs, neque [g] pragmaticum typum, neque aliam præſcriptionem, neque ſacram noſtram quamlibet ex ſcripto aut non ſcripto iuſſionem aut diſpoſitionem in hac regia ciuitate ſpectabilium noſtrorum referendariorum [h], aut alterius cuiuſlibet, diſponentem eos quomodo decet inchoatum examinare aut iudicare negotiũ: inſinuare iudicantibus, aut inſinuatam valere: ſed ſecundum generales noſtras leges cauſas examinari & decidi. Quod [i] enim in legum poſitum eſt poteſtate, non egebit aliqua extrinſecus [k] diſpoſitione. Si quod enim ad nos negotium, apud iudicem iam dictum, aut antequam hoc principium ſumat, perſpeximus nos hoc per proprium noſtrum iudicium diſponere & dicere: hoc nequaquam quam alterius iudicis egebit iudicio. Sicut enim à nobis per ſacrum (ſicuti dictum eſt) iudicium diſpoſita aut deciſa, non [l] egebunt aliorum examinatione, aut iudicio, aut retractatione [m] aliqua: ſic nos (quibus Deus ſanciendi poteſtatem donauit) ſi aliquod iudiciũ in quolibet negotio protulerimus, non alij iudici hoc committimus ſiue per formas, ſiue per diſpoſitiones ſpectabilium noſtrorum referendariorum, aut alterius cuiuſlibet, quomodo conuenit hoc negotiũ examinari aut iudicari: vtpote quia à nobis ſemel iudicatum eſt, quod retractari à nullo valeat: his videlicet tenentibus quando ſcripta talis aliqua noſtra procedit ſententia. Si † verò aliqua dubitatio iudici de aliqua fiat lege: nunciet ad noſtram poteſtatem, & à nobis expectet cauſæ ſcriptam declarationem aut interpretationem, & ſecundum eam decidat litem. 1 ¶ Si verò dum cauſa dicitur, pragmatica noſtra forma, aut diſ-

[a] nemo inuitus agere cõpellitur re integra. Res nõ eſt integra, lite cũ aduerſario conteſtata aut eo præhenſo v. Iulia. *hic nu.* 370.

[b] i. anno 541.

[c] l. C. 21. *Nou.* 82. *c.* 13. *l.* 13. *C. de appellationib.*

[d] hinc naſcitur exceptio nouatorum. de qua v. Oldendorpium *c.* 24. *de excep.*

[e] ne ſacræ formæ fiant in medio litis. *Index Regin. adde Iulian. conſt.* 105.

[f] Ex legib. iudicandũ eſt.

[g] Non ex iuſſione principis, pendente lite, impetrata, iudicandum eſt.

[h] Referendarij interdum nunciabant iudicib. quẽadmodum litem finiri vellet princeps.

[i] *l.* 1. §. 4. ff. *ad Turpill.*

[k] .i. aliunde petita.

[l] Nõ appellatur a ſententia principis, nec ab ea fit retractatio. Interdum tamẽ princeps minorib. indulget reſtitutionẽ aduerſus eã ſententiam quã ipſe dixit *l.* 18 ff. *de minorib.* Huc referri poteſt quod quidam dicunt, A principe dormiente ad ipsũ vigilantem appellari.

[m] *ἀναψηλαφήσεως.*

† hoc abrogatur Nouella 125.

poſitio ſpectabilium noſtrorum referẽdariorum, aut alterius cuiuslibet, aut aliud aliquid horum quæ dicta ſunt omnium, iudicantibus inſinuetur, ordinans in his examinationem, aut ſententiam: iubemus iudicem quidem omnino non reſpicere: ſed his vacantibus, & nullam penitus habentibus virtutem, ſecundum generales noſtras leges cauſam examinare, & legitimo fini contradere. Si autem hoc non cuſtodierit iudex, decem librarum auri cũ ſubiacere pœnæ: vt etiam aliam noſtram maiorem indignationem experiatur: eidem pœnæ ſubiecto & eo qui præſumet talem aliquam dictare formam, & miniſtrantibus ei, & talem aliquam diſpoſitionem facientibus ſpectabilibus noſtris referendarijs. Et hæc dicimus ſiue [a] ex ſacra noſtra ſanctione iudicare quiſpiam deputatus eſt, ſiue ex præcepto iudiciali, ſiue ſecundum arbitrium, aut compromiſſariorum ſchema quæſtionem audit, ſiue ſcripto, ſiue ſine literis. Sed vel ſi quis iudicum propriam deſpiciens ſalutem, ex aliquo tali præſumpſerit ſententiam proferre: hanc ita infirmam [b] eſſe volumus, vt neque appellatione indigeat, neque ex compromiſſo inferatur pœna. Nos enim omnes iudices ſecundum generales noſtras leges examinationes & ſententias ferre volumus. Illud quoque indubitatum erit, quia neque iudicialis quælibet valebit iuſſio extra quod ordinatum eſt ex hac noſtra lege.

CAP. II.

SVper hoc autem & illud iudices noſſe opus eſt, quia competens eſt eos & quæ [c] adhuc & nunc mouentur quæſtiones, ſecundum generales determinare leges, vel ſi quiſpiam præceſſit impetrans [d] ſanctionem diſponentem iudicantis examinationem, aut ſententiam. ei enim qui tale aliquid impetrauit iam, ſententiámque definitiuam nondum promeruit, nihil ex ijs quæ impetrauit, prodeſſe volumus. Si enim ſemel peruenit ſententia definitiua [e] data: nequaquam hanc ex noſtra hac perſcrutari lege iubemus: licèt appellatio ſubſecuta ſit, aut retractationis eſt aliqua ſpecies contra ſentẽtiam. Eam autem iuſſionem quæ non diſponit quidem iudicãtem, aut iudicare futurum, quomodo oporteat quæſtionem fieri: aut iudicium inferri: cauſam verò fini [f] ſtudioſè tradi legitimo vult: aut actorum imponet editionem, aut iudicem coget legitimam proferre ſententiam, aut ſimul [g] alium iudicem ſecundum noſtras præſtitutas leges & fieri, & valere, & ſcripto, & ſine ſcriptura non prohibemus.

CAP. III.

VT autem omnes noſtri ſubiecti, & maximè qui litibus atteruntur, noſtram per ſe nouerint prouidentiam, & nullus hanc ſacram noſtram circumueniat legem, neque ignorantiam in ea proponat: ſancimus in vnoquoque negotio initium apud iudicem accipere ex procemijs [h] mox, & ante ipſam perſonarũ firmationem [i] inſcribi eam, & monumentorum fieri partem. ſic enim geſtis præfulgens prohibebit ea quæ præter eius virtutem tentantur circa eam, & circa ipſam forſan perſonarũ firmationem [k]: & præuaricari eam nitentibus per multa interminata refrenabit à talibus eos præſumptionibus & proprijs tempus non ſinet fieri pœnis. Vt enim iniquitatem ſimul & iniuſtitiam per omnia expellamus: propterea præſentem poſuimus legem, vndique eam, & per eam alias cautas & incircumueniendas cuſtodientes reipublicæ leges, ſecundum quas & nos ipſi imperiũ, quod Deo dante ſuſcepimus, cuſtodire, noſtrámque rempublicam ab his legibus muniri ſemper optamus.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua celſitudo ſeruare quidem ſtudeat: omnibus autem palam faciat, proponens quidem eam in hac feliciſſima ciuitate, præceptis autem ſolennibus vtens ad prouinciarum præſides: vt omnes homines ſciant eam quam ſuper eos habemus prouidentiam. Datum X. Kalend. Decemb. CP. DN. Iuſti. PP. Auguſto, anno XV [l]. Baſilio V.C. Conſ.

[a] Iudices dãtur, vel à principe vel à magiſtratu: eliguntur à litigatoribus.

[b] Sentẽtia ex reſcripto lata, non ex legibus, ipſo iure nulla: & ex cõpromiſſo pœnæ promiſſio nõ eſt *l.* 10. 11. *C. de iudicijs.*

[c] Leges interdũ formam dãt pendentib. negotijs.

[d] Ex ambitioſis reſcriptionibus non iudicatur *Iulian. hic.* Ambitioſa adgratiam compoſita, *κολακικά.*

[e] Finita negotia reſcripto non ſunt reuocãda. Finitum dicitur, quoties definitiua ſentẽtia lata eſt: quamuis appellatio aut retractatio in eã ſperetur. *Iulian. hic.*

[f] Etiamſi hęc lex vetet reſcripta à principe impetrari: non tamẽ vetat id gen[us] reſcriptorũ quo iubẽtur iudices ſine tarditate & mora cauſas dirimere, vel ſecundum leges iudicare, vel acta litigatorib. edere vel cum alio iudicare *l. Vn. C. de mãdat. princip. l.* 2. *Cod. Vt lite pendente.*

[g] *d. l.* 2.

[h] .i. ab initio.

[i] Firmatio perſonarum, ſatiſdatio §. 3. *Inſt. de ſatiſd.*

[k] .i. ſatiſdationem ſ. eo.

[l] .i. anno 541.

VT[a] DIVINÆ[b] IVSSIONES SVBSCRIPTIONEM[c] HABEANT glorioſiſsimi quæſtoris.

Tit. XV.

NOVEL. CONSTIT. CXIIII.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Theodoto ſacrorum prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

NOSTRAE ſerenitatis ſolicitudo remedijs inuigilat ſubiectorum, nec ceſſamus inquirere ſi quid ſit in noſtra republica corrigendum. ideo namq́ue voluntarios labores appetimus, vt quietem alijs præparemus. Vnde ad vniuerſorum vtilitatem pertinere perſpeximus, ſi ſacras etiam iuſſiones cũ competenti iubeamus cautela procedere, ne aliquibus liceat eas pro ſua voluntate profiteri.

CAP. I.

NAm[d] præſenti lege decernimus, nullam diuinam iuſſionem neque per viri magnifici quæſtoris adiutores, neque per aliam cuiuslibet militiæ aut dignitatis aut officij perſonam, cuicunque iudici confectam, à quolibet ſuſcipi cognitore, cui magnifici viri quęſtoris[e] annotatio ſubiecta non fuerit, qua contineatur & inter quos, & ad quem iudicem[f], vel per quam fuerit directa perſonam: quatenus omni poſthac ambiguitate ſubmota, nulla cuilibet excuſationis relinquatur occaſio: ſcientibus iudicibus vel adminiſtratoribus vniuerſis, quòd ſi in quolibet negotio ſacram ſuſceperint iuſſionem, niſi cui quæſtoris viri magnificentiſſimi fuerit ſubiecta annotatio, multa viginti librarum auri, & officium eorum ſimili pœna plectetur: quibus iubemus, ſi qua talis iuſſio ad eos peruenerit, mox ad prædictum virum magnificũ quæſtorem referre, aut cum illo qui hæc ingerit, deſtinare: vt in eum vindicta procedat, quam in falſarios iura noſtra conſtituerunt, Theodote parens[g] chariſſime, atque amantiſſime.

EPILOGVS.

¶ Quam legem perpetuò valituram celſitudo tua ad vniuerſorum faciat peruenire notitiam.

Eiuſdem breue argumentum.

Omnis ſacra iuſſio quæſtoris ſubſcriptionem[h] habeto: & quibus de rebus publicetur qualemq́ue iudicem det, manifeſtator. Non repugnat quod iubetur, omne principis reſcriptum principis manu omnino ſubſignari debere. Nam præſens conſtitutio non tollit & abrogat quod in Codice[i] dictum eſt, ſed addit quod hîc ſtatuitur, videlicet quæ à principe ſubſignari non oporteret[k].

VT[l] CVM DE APPELLATIONE COGNOSCITVR SECVNDVM ILLAS LEGES DEbeat iudicari, quę tempore latæ ſententiæ obtinebant: non ſecundum eas quæ poſtea promulgatæ ſunt: & de alijs capitulis.

Tit. XVI.

NOVEL. CONSTIT. CXV.

1 *Vt cùm de appellationibus, & retractationibus, & relationibus iudicum cognoſcitur, ſecundum illas leges controuerſiæ decidantur, quæ tempore latæ ſententiæ & ſuggeſtionis obtinebant, non quæ poſtea promulgatæ ſunt.*

2 *Si altera litigantium pars renuntiet ſe allegationibus contentam fore, altera verò differat, quaſi non contenta, iudex dato vnius, & item alterius, & tertij menſis dilationem. his autem præteritis non amplius expectato, ſed proferto ſententiam.*

3 *Quæ cauſæ ingratitudinis rationabiliter filijs obijci poſſint à parentibus.*

4 *Quæ rurſum cauſæ ingratitudinis rationabiliter poſſint parentibus obijci à filijs.*

5 *Vt lugentes, & qui genere illis proximi ſunt, nulla de cauſa intra nonum diem prehendantur, voceturq́; in ius.*

6 *De conſtitutæ pecuniæ obligatione & ſponſionibus. ſi quis ita pecuniam conſtituat aut ſpondeat, ſatis tibi facio, aut ſatis tibi fiet à me, & hoc, & illo: aut ſatis tibi fiet à me, aut hoc, aut illo.*

[a] Fuit hæc cõſtitutio Latina, vt & *Nou.* 65. & 143.

[b] De ſacris iuſſionibus, *Index Reginæ.* diuinas, intellige imperatorias, hoc enim titulo Iuſtinianus ſibi blanditur, vt & quidam epiſcopi, ſanctitatis. Sic diuina beneficia *l. 5. inf. C. de diuerſ. reſcript:* ſacri affatus *l. 6. d. tit.* oracula: *l. 7. d. tit.*

[c] his verbis, *Quæſtor legi.* vide conſtitutionem Iuſti ni de filijs liberorũ j. *eod.*

[d] hinc ſumpta eſt authẽtica, *Glorioſiſſimi, C. de diuerſ. reſcript.*

[e] Is apud Gallos Cãcellarius appellatur.

[f] Forma diuinæ ſeu imperatoriæ iuſſionis.

[g] Solent Galliæ reges hac formula vti ad iudices, *A noſtre aimé & feal,* vt *l. 17. ff. de iure patron:* adde *Papon. 3. Notar. 5. des termes en reſcripts d'aime & feal.*

[h] his verbis fiebat ſubſcriptio *Quæſtor legi,* vt ſ. dixi

[i] *l. 3. l. penult. Co. de diuerſ. reſcript.*

[k] Cuiacius hanc ſubſcriptionem addit, Dat. Kal. No. CP. Iuſt. PP. Aug. anno XVI. Baſilio V. Coſ. Is eſt annus 542

[l] v. *Iul. conſtit.* 107.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Theodoto Orientalium ſacrorum prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

PERVENIT ad ſcientiam noſtræ ſerenitatis, quod cùm inter Euſtathium virum reuerendiſſimum Tholonæ[a] ciuitatis epiſcopum, & Piſtum diaconũ eccleſiæ Thelmiſſenſis[b] fuiſſet cauſa commota, proceſſit à rectore prouinciæ definitiua ſententia, contra quam appellatio eſt porrecta. Iudices igitur apud quos appellatio ventilabatur, dubitantes, ad noſtram clementiam retulerunt, an ſecundum leges quæ obtinebant quando proceſſit definitiua ſententia, an ſecundum tenorem illius legis quæ poſt definitiuam ſententiam à nobis promulgata eſt, eandem cauſam examinare deberent. Nos itaque iuſtum eſſe perſpeximus, ſecundum leges quæ obtinebant tempore latæ ſententiæ prædictam appellationis cauſam examinari, & terminum ſecundum ipſas accipere. Præuidimus autem & poſt hãc ſi quandocunque dubitatio talis emerſerit, eam ſimili ordine terminare.

Vt cauſæ appellationum dirimantur ex ijs legibus quæ tempore latæ ſententiæ obtinebant.

CAP. I.[c]

IDeóque ſancimus, ſi quando de aliqua cauſa proceſſerit definitiua ſententia, & prouocatio fuerit ſubſequuta: appellationis examinatores ſecundum leges quæ tempore definitiuæ ſententiæ obtinebant, terminum dare negotio: hoc eodem videlicet obſeruando & in retractandis ampliſſimæ prætorianæ ſententijs, & in ſuggeſtionibus iudicum, quãdo vtræque partes omnibus allegationibus ſuis renuntiauerint, & iudices per ſuas relationes, quid diſponi debeat, interrogauerint. In omnibus enim prædictis caſibus illas leges à cognitoribus ſeruari decernimus, quæ[d] tempore ſententiæ, aut certè relationis obtinebunt: tametſi cõtigerit poſtea legem promulgari noui aliquid diſponentem, & tenorem ſuum ad[e] prę terita quoque negotia referentem.

De his qui poſt renunciationem aduerſariorum ſe allegationes habere dicunt[f].

CAP. II.

SEd[g] & hoc præſenti addimus ſanctioni. Quia inter litigatores aliquando contingit vnam quidem partem ſuis allegationibus renuntiare, aliam verò ſcientem ſe malas cauſas habere, poſt cognitionalia certamina, & dilationes, quas probationum cauſa leges concedunt, nolle confiteri allegationes ſibi ſufficere, ne cito cauſæ qualitas agnoſcatur: iubemus[h], vt quando vna pars allegationibus renuntiauerit, alia verò pars dixerit ſe habere aliquid quod proponat: iudex negotij modis omnibus[k] eam partem quæ vtitur dilatione[i] compellat intra triginta dies poſtquam altera pars renunciauerit, quicquid velit, ſine aliqua intermiſſione proponere. quod ſi non fecerit, tunc ad eius malitiam conuincendam alius vnus menſis indulgeatur à iudice. Si verò & ſic diſtulerit, alterius vnius menſis ei dilatio præbeatur: ita vt ſi vſque ad dictos tres menſes quos litigatoribus protrahẽtibus cõceſſimus, ſuas non propoſuerit allegationes: tunc cognitor cauſæ non[k] amplius expectans, modis omnibus proferat ſententiam legibus cõſonãtem: vel ſi voluerit, referat. ne litigatoribus malè certantibus liceat cauſarum exitum vltra protrahere.

Quæ ſunt iuſtæ exhæredationis liberorum cauſæ[l].

CAP. III.

ALiud[m] quóque capitulum præſenti legi addendum eſſe perſpeximus. Sancimus igitur non[n] licere penitus patri vel matri, auo vel auiæ, proauo vel proauiæ ſuum filium vel filiam, vel cæteros liberos præterire, aut exhæredes in ſuo facere teſtamento,

[a] Τλῶ πόλεως, eſt autẽ Tlos ciuitas Lyciæ 5. *Plin.* 27. & *Ptolo.*

[b] Telmeſus vrbs maritima Lycię *Plinius d. loco Ptolom.*

[c] De appellationibus. *Index reginæ.* Si qua noua lex per porrectã prouocationẽ promulgetur. *Iul. ibi.*

[d] *Nou. 73. c. 4: l. 7. C. de legib: l. 27. C. de vſur.*

[e] Quotieſcũque lex ad p̃terita negotia porrigitur, negotiũ iam finitum, tranſactione vel ſententia nõ comprehendit *l. 22 §. 1. C. de ſacroſ. eccleſ: l. 1. inf. C. de cõtr. iud.*

[f] *Iul. conſtit. 107. num.* 373.

[g] hinc ſumpta eſt authẽtica, *iubemus C. de iudicijs.*

[h] nota regulam.

[i] Probationis & inſtrumẽtorum proferendorũ cauſa, dilatio dãda eſt *l. 99. in f. ff. de verb. ſignif.*

[k] *l. 9. Cod. de iudicijs.*

[l] *Iul. hic numero* 374.

[m] hinc ſumpta eſt authẽtica, *Nõ licet,* & authentica *Ex cauſa, Co. de liber. præt.*

[n] Nemo aſcẽdentium, deſcendentium aliquem pręterire, aut ſine cauſa exhęredare poteſt *l. 30. ff. de liber. & poſthu. l. 3. ff. de inuſto. Inſtit. de exhæred. lib.*

nec

nec† ſi per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel alium quemcumque modum eis dederit legibus debitam portionem: niſi forſan probabuntur ingrati: & ipſas nominatim [a] ingratitudinis cauſas† parentes ſuo inſeruerint teſtamento. Sed quia cauſas ex quibus ingrati liberi debeant iudicari, in diuerſis legibus diſperſas, & non apertè declaratas inuenimus: quarum aliquæ nec dignæ nobis ad ingratitudinem viſæ ſunt: aliquæ verò cùm eſſent dignæ, prætermiſſæ ſunt: ideò neceſſarium eſſe perſpeximus eas nominatim præſenti lege comprehendere: vt præter [b] ipſas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis cauſas opponere, niſi quæ in huius conſtitutionis ſerie continentur. Cauſas autem iuſtas ingratitudinis has eſſe decernimus. 1 ¶ Si quis parentibus ſuis manus [c] intulerit. 2 ¶ Si grauem & inhoneſtam iniuriam [d] eis ingeſſerit. 3 ¶ Si eos in criminalibus cauſis accuſauerit, quę non ſunt aduerſus [e] principem, ſiue rempublicam. 4 ¶ Si cum maleficis hominibus vt [f] maleficus verſatur. 5 ¶ Vel vitæ [g] parentum ſuorum per venenum, aut alio modo inſidiari tentauerit. 6 ¶ Si nouercæ [h] ſuæ, aut concubinæ [i] patris, filius ſeſe immiſcuerit. 7 ¶ Si delator [k] contra parentes filius extiterit, & per ſuam delationem grauia eos diſpēdia fecerit ſuſtinere. 8 ¶ Si quemlibet de prædictis parentibus incluſum [l] eſſe contigerit, & liberi qui poſſunt ab inteſtato ad eius ſucceſſionem venire, petiti ab eo vel vnus ex his in ſua eum noluerit fideiuſſione ſuſcipere vel [m] pro perſona, vel pro debito, in quantum eſſe qui petitur, probatur idoneus. hoc tamen quod de fideiuſſione cenſuimus, ad maſculos tantummodo liberos volumus pertinere. 9 ¶ Si conuictus fuerit aliquis liberorum ex eo quia prohibuerit [n] parentes ſuos condere [o] teſtamentum: vt ſi quidem poſtea facere potuerint teſtamentum, ſit eis pro tali cauſa filium exhæredandi licentia [p]. Si autem in ipſa prohibitione, ſine teſtamento aliquis ex parentibus deceſſerit, & alij ſiue qui ab inteſtato ad hæreditatem defuncti, aut cum ipſo filio qui teſtamentum fieri prohibuit, aut poſt illum vocantur, ſiue illi quos hęredes, aut legatarios habere volebat, vel qui læſionem aliquam ex prohibitione teſtamenti ſuſtinuerunt, hoc ipſum approbauerint: ſecundum alias leges ſuper hoc poſitas talia negotia terminētur. 10. ¶ Si præter voluntatem parentum inter [q] arenarios vel mimos ſeſe filius ſociauerit, & in hac profeſſione permanſerit: niſi forſitan etiam parentes eiuſdem profeſſionis fuerint. 11 ¶ Si alicui ex prædictis parentibus volenti ſuæ filiæ vel nepti maritum dare, & dotem ſecundum vires ſubſtātiæ ſuæ pro ea præſtare, illa non [r] conſenſerit, ſed luxurioſam degere vitam elegerit. Si [s] verò vſque ad vigintiquinque annorum ætatem peruenerit filia, & parentes diſtulerint eam marito copulare, & forſitan ex hoc contigerit in ſuum [a] corpus eam peccare, aut ſine [b] conſenſu parentum marito ſe, libero [c] tamen, coniungere: hoc ad ingratitudinem filiæ nolumus imputari: quia non ſua culpa, ſed parentum id commiſiſſe cognoſcitur. 12 ¶ Si [d] quis de prædictis parentibus furioſus [e] fuerit, & eius liberi vel quidam ex his, aut liberis ei non exiſtentibus alij eius cognati, qui ab inteſtato [f] ad eius hæreditatem vocantur, obſequium ei & curam competentem non præbuerint: ſi quidem à tali ſanatus fuerit infirmitate, erit ei poteſtas vtrum velit negligentem filium vel filios, aut cognatos, ingratum vel ingratos in ſuo ſcribere teſtamento. Si autē aliquo furoris morbo eum detentum extraneus aliquis viderit à ſuis neglectum liberis vel cognatis, aut alijs ab eo ſcriptis hæredibus, & pro miſericordia voluerit eum procurare: damus ei licentiam atteſtationem eis qui ab inteſtato, vel ex teſtamento iam facto ad furioſi hæreditatem vocantur, ſcriptis dirigere, vt eum procurare feſtinent. Si autem poſt huiuſmodi atteſtationem neglexerint, & extraneus in ſuam domum furioſum ſuſceptum ſumptibus proprijs vſque ad finem vitæ ipſius procuraſſe monſtratus fuerit: eum qui obſequium ac diligentiam furioſo exhibuit, licèt extraneus ſit, ad eius ſucceſſionem peruenire decernimus, euacuata inſtitutione eorum, vtpote indignorum, qui furioſo (ſicut diximus) curam præbere neglexerint: ita tamen: vt cætera teſtamenti capitula in ſua maneant firmitate. 13 ¶ Si vnum de prædictis parentibus in captiuitate [g] detineri contigerit, & eius liberi, ſiue omnes, ſiue vnus non [h] feſtinauerint eum redimere: ſi quidem valuerit calamitatem captiuitatis euadere: in eius ſit poteſtate, vtrum hanc cauſam ingratitudinis teſtamento ſuo velit adſcribere. Si autem per liberorum negligentiam [i] vel contemptum non fuerit liberatus, & in captiuitate deceſſerit, illos ad ſucceſſionem eius venire non patimur, quia nō feſtinauerunt eius redemptionē citius procurare. ſed omnibus liberis in hoc negligentibus res vniuerſas ab eodem relictas, eccleſiæ ciuitatis ex qua oritur, applicari, inuentario ſc. ſub publica atteſtatione celebrando: ne quid ex eius facultatibus pereat: ita vt quicquid exinde ad eccleſiam peruenerit, captiuorum redemptioni proficiat. Sed hæc quidem quantum ad perſonas dicta ſunt, quas exhæredare non licet niſi ingratitudinis cauſas vbique approbari contigerit. Occaſionem autem nobis ad generalem legem promulgandam hæc præſens cauſa noſcitur obtuliſſe. Sed vniuerſaliter iubemus, vt ſi ille qui in captiuitate detentus fuerit, liberos non habuerit, & alijs qui ad eius hæreditatem vocati ſunt, eum redimere non feſtinantibus, in captiuitate defunctus fuerit: nullus ex ijs qui neglexerit, ad hæreditatem eius perueniat, licèt ante captiuitatem teſtamentum forſan ab eo fuiſſet conſcriptum, in quo memoratas perſonas ſcripſit hæredes: ſed hac quoque inſtitutione hæredum infirmata, & cæteris teſtamenti capitulis in ſuo robore permanentibus, ſubſtantiæ talium perſonarum ſimili modo eccleſijs ciuitatum ex quibus orti ſunt, applicentur, & nullis alijs cauſis, quam in captiuorum redemptionibus expendantur: vt vnde [k] illi à ſuis nō ſunt redempti, aliorum redemptio procuretur, & ipſorum quoque animæ ex hac cauſa pijſſima ſubleuentur. Hoc eodem obſeruando & ſi aliam extraneam perſonam ante captiuitatem ſcripſit hęredem: & illa ſciens ſe ab eo hæredem ſcriptam, eum redimere à captiuitate neglexerit. Hanc autem pœnam contra illos valere iubemus, qui octauum & decimum ſuæ ætatis annum compleuerint. In huiuſmodi [l] verò cauſis quando pro captiuorum redemptione neceſſarium fuerit

† Quarta liberis relinquenda eſt titulo inſtitutionis, nō donationis, legati, fideicōmiſſi. & ita ius vetus abrogatur cui⁹ fit mentio in §.6. *Inſtit. de inoff.* quo ſupplementum quartæ relinqui poterat iure legati. [a] Viglius *ad §. vlt. Inſti. de exhæred. lib.* ait, Exhæredationem valere interdū non expreſſa cauſa exhæredationis, vt ſi bona mente fiat *l. 18. ff. de lib. & poſthu.* ſi voluntate eius qui exhæredatur fiat *l. 8. §. 6. ff. de bo. poſſeſſ. contra tabul.* vel à milite: ſi filia quæ ab inteſtato non poteſt ſuccedere exhæredatur v. Vigl. *ibid.* † hinc poſſumus colligere, Poſthumū exhæredari nō poſſe *l. 33. Cod. de inoff. l. 55. in f. ff. de fideicommiſſ. libert.* & ita abrogari videntur *lex 2. 4. Cod. de præter. lib. §. 2. Inſtit. de exhæredat. lib. adde l. vlt. Cod. de præteritis.* [b] Præter quatuordecim cauſas infra enumeratas, nullæ ſunt exhæredationis iuſtę cauſę. Interpretes tamen ſimiles grauioréſq; communi opinione admiſerunt, vt hodie non ſint tantum 14. cauſæ, ſed infinitæ propè ac innumerabiles: quod Viglio diſplicet *d. loco.* [c] *l. 1. §. 2. ff. de obſequiis.* [d] *d. l. 1. in f.* [e] Liberi parentes accuſare poſſunt maieſtatis 1. *Harmenopul. 6. c. περὶ κεκωλυμένων*, vt & vxor maritum *Harmenop. ibid.* ſeruus dominum: libertus patronum *l. 7. §. 2. ff. ad l. Iul. maieſt.* [f] hinc poſſumus colligere, Non continuò condemnandum eſſe, qui inter maleficos in itinere aut hoſpitio fuerit repertus: cùm niſi ſit ſocietas latrocinij, talis non puniatur *Nouell. 22. c. 15. l. 39. §. 4. ff. de adult.* [g] *v. titul. de lege Pompeia de parricidiis.* [h] Priuigni cum nouerca conſuetudo inceſtuoſa *l. 17. Cod. de nupt. adde l. 5. ff. de parricid.* [i] Concubinæ patris conſuetudine filius abſtinere debet, etiamſi eam vxorem velit ducere *l. 4. Cod. de nupt.* [k] ſi calumniator *Iulian. hic: εἰ συκοφάντης κατὰ τῶν γονέων Scrimger.* [l] In parentem cenſetur ingratus, qui pro eo carcere incluſo fideiubere noluit. Aliàs filius non cogitur æs alienum patris exſoluere *l. 5. §. 16. ff. de agnoſcend. l. 1. 2. 3. Cod. ne filius pro patre.* Illud de Cimone fertur, eum patrem ob crimen peculatus in carcerem coniectum, ibique defunctum, tranſlatis in ſe vinculis ad ſepulturam redemiſſe *Iuſtin. 2.* Valerius 5. *cap. 3. ibi de filiæ pietate in patrem*, refert, Filiam quandā extitiſſe, quę patrem ſuum conſimili fortuna cum Cimone affectum & pari cuſtodiæ traditum, iam vltimæ ſenectutis infantem pectori ſuo admotum vberibus aluiſſe. [m] Fideiubetur vel pro perſona, vel pro debito. [n] *l. 23. Cod. de inoff.* [o] condere .i. facere. [p] quid ſi non exhæredauerit? poteſt ei vt ingrato, hæreditas auferri *l. 1. ff. ſi quis aliquē: l. 1. Cod. ſi quis aliquē: Paul. 5. ſent. 12. §. 3.* [q] Datur filio arenarij querela inofficioſi *v. l. 11. C. de inoff.* [r] Poteſt quidē filia impunè, iuſta tamen de cauſa detrectare nuptias ei à parente oblatas *arg. l. 18. l. 20. Co. de inoff.* Si tamen eas detrectauerit, eo fini, vt luxurioſam vitam eligeret, vt ingrata à parente poteſt exhæredari *l. 19. Cod. de inoff.* [s] hinc ſumpta eſt authentica, Sed ſi poſt *Cod. de inoff.*

[a] In corpus peccare hîc aliud eſſe puto, quam meretricio more viuere. Eò igitur adducor vt credā filiam maiorem 25. annis, patre ceſſante ei conditionem quærere, non ob id exhæredari poſſe, quòd in corpus ſuū peccauerit, fortè ſemel, aut aliquoties, clam tamē. aliud verò fore, ſi turpiter viuat & flagitioſè *l. 19. C. de inoff.* [b] hîc quæri meritò poteſt, An filia ob nuptias ſine conſenſu parentū contractas exhæredari poſſit? filia minor 25. annis nuptias contrahere non poteſt, *vt hic:* ſine conſenſu etiā matris, ídque metu ingrati. *l. 18. l. 20. Cod. de inoff. l. 1. l. 18. l. 20. Co. de nup.* maior 25. annis poteſt, *vt hic.* Maſculi emancipati ſine conſenſu poſſunt vxorem ducere *l. 25. ff. de ritu.* non tamen ꝓpudioſam: alioquin poſſunt exhæredari *l. 3. §. 5. ff. contra tabul.* In poteſtate poſiti, tum demum poſſunt, cùm eis conditio à patre de ea re interpellato, non quæritur *l. 19. ff. de ritu.* [c] Vtcumq; filia maior 25. annis poſſit ſine cōſenſu patris nuptias cōtrahere, nō poteſt tamē ſerui nuptias eligere *vt hic.* [d] hinc ſumpta eſt authētica, Liberi *Cod. de epiſcop. aud.* [e] Furioſi parentes à liberis impunè non negligūtur: retinent. n. matrimoniū & poteſtatē patriam furioſi *l. 8. ff. de his qui ſunt ſui.* Etiamſi aut propter morbum in cura liberorū ſuorum eſſe poſſint *v. l. 1. l. 2. l. 4. ff. de curat. furioſi.* [f] vel ex teſtamento *l. 3. ff. de his quib. vt indig.* [g] hinc ſumpta eſt authentica, Si captiui *C. de epiſc. et cler.* [h] Hac impietate laborauit Gallien⁹ imperator. de quo v. Trebell. Pollionē *in Gallieno.* [i] Pœna liberorū parentē captiuū nō liberantiū. [k] Qui maior 18. annis, (ignoſcitur enim ętati minoris, ſeu nō exephebi qui redemptionē patris nō procurauit) parentē captiuum redimere neglexit, ꝙ ab eo alioquin potuit teſtamento capere, id cedet captiuorū redemptioni. Eſt hoc ſingulare in pœnis inferēdis, vt pœna, quam fieri poſſit, maximè delicti ſpeciē animo delinquentis obiiciſſe videatur. vtq; per ea quiſq; puniatur, per quæ peccauerit. [l] Minor 25. annis, maior 18. poteſt mutuò accipere pecuniam, réſque ſuas pignori dare, liberandi patris captiui cauſa.

rit dare pecunias: ſi quis proprias pecunias non habuerit, licentia erit ei, ſi memoratæ ſit ætatis, mutuandi pecunias, & res mobiles vel immobiles ſupponendi, ſiue propriæ ipſius ſint, ſiue illius [a] qui in captiuitate detinetur: quoniam in prædictis omnibus quæ pro [b] captiuorum redemptione data vel expenſa probabuntur, contractus huiuſmodi tanquam à perſona ſuæ poteſtatis & legitimæ ætatis factos, ita firmos eſſe decernimus: nullo eis qui cum huiuſmodi perſonis in memoratis cauſis quo prædictum eſt modo contraxerint, præiudicio generando: neceſſitatem ſcilicet habente eo qui ex captiuitate redierit, tales contractus ratos habere, & eis tamquam ſuis debitis obligari. 14 ¶ Si quis de prædictis parentibus orthodoxus conſtitutus ſenſerit ſuum filium vel liberos non [c] eſſe catholicæ fidei, nec in ſacroſancta eccleſia communicare, in qua omnes [d] beatiſſimi patriarchæ vna conſpiratione & concordia fidem rectiſſimam prædicant, & ſanctas quatuor [e] ſynodos, Nicænam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, & Chalcedonenſem amplecti ſeu recitare noſcuntur: licentiam habeant pro hac maximè cauſa ingratos eos & exhæredes in ſuo ſcribere teſtamento. Et hæc quidem pro ingratitudinis cauſa decernimus. Generalem [f] autem prouidentiam liberis catholicis deferentes, iubemus ſaluis legibus quæ iam de alijs hæreticis ſunt prolatæ, & circa Neſtorianos & Acephalos, hæc obſeruari, vt ſi quando parentes inuenti fuerint ſiue Iudaico Neſtorij furori dediti, ſiue Acephalorum amplectentes inſaniam, & ideo ab eccleſiæ catholicæ cõmunione ſeparati: non liceat eis alios hæredes ſibi inſtituere [g] niſi [h] liberos orthodoxos [i], & eccleſiæ catholicæ communicantes, vel liberis non exiſtentibus, agnatos vel cognatos, qui ſcilicet catholici ſint. Quod ſi forte ex filijs alij quidem ſunt orthodoxi, & eccleſiæ catholicæ communicantes, alij vero ab ea ſeparati: omnem parentum ſubſtantiam ad [k] filios tantùm catholicos peruenire ſancimus: licèt vltimas voluntates huiuſmodi perſonæ fecerint contra tenorem huius noſtræ conſtitutionis aliquid diſponentes. Si verò poſthac fratres ab eccleſia ſeparati, ad eam conuerſi [l] fuerint: pars eis competens, in ſtatu in quo inuenta fuerit tempore quo redditur, eis præbeatur, vt nullam de fructibus aut gubernatione medij temporis inquietudinẽ vel moleſtiam catholici patiantur qui antè prædictas res detinebant: quoniam huiuſmodi rerum, quas ex fratrum parte non communicantium catholici poſſidebant, ſicut alienationem vetamus, ita præteritorum temporum fructus aut gubernationem nullatenus ab his à quibus detenti ſunt, exigi vel retractari permittimus. Si autem vſque ad finem vitæ ſuæ in eodem errore non communicantes permanſerint: tunc catholicos fratres, vel hæredes ipſorum, pleniſſimo iure dominij eaſdẽ res poſſidere decernimus. quòd ſi filij quidem omnes peruerſi, & ab eccleſiæ catholicæ communione alieni inuenti fuerint, alij autem propinqui agnati vel cognati religionem catholicam colentes, & communicatores eſſe fuerint approbati: eos liberis [m] hæreticis anteponi, & eorum hæreditati ſuccedere. Si verò liberi & propinqui agnati vel cognati ab orthodoxæ religionis communione ſunt extranei: tunc ſi quidem ſchema clericorum parentes eorum habuerint: ad † eccleſiam ciuitatis vbi [n] domicilium habebant, res eorum volumus pertinere: ita, vt ſi eccleſiaſtici intra annale ſpacium huiuſmodi perſonarũ vindicare res neglexerint: earum dominium noſtri fiſci iuribus vindicetur. Si autem laici ſunt, ſine aliqua diſtinctione ſubſtantias eorum ad res priuatas noſtras ſimiliter peruenire ſancimus. Quæ obtinere decernimus etiam ſi teſtamento non facto tales perſonę deceſſerint: omnibus quæ contra cæteros hæreticos in alijs conſtitutionibus diſpoſita ſunt, & contra Neſtorianos & Acephalos, & alios [a] omnes qui catholicæ eccleſiæ (in qua prædictæ quatuor ſynodi, & patriarchæ recitantur) non communicãt, & ſucceſſiones eorum, ſimiliter obſeruandis. Si enim pro cauſis corporalibus cogitamus: quanto [b] magis pro animarum ſalute prouidentia eſt noſtræ ſolicitudinis adhibenda? Siue igitur omnes memoratas ingratitudinis cauſas, ſiue certas ex his, ſiue vnam [c] quamlibet parentes in teſtamento ſuo inſeruerint, & ſcripti hæredes nominatã vel nominatas cauſas, vel vnam ex his veram eſſe monſtrauerint [d]: teſtamentum ſuam habere firmitatem decernimus. Si autem hæc obſeruata non fuerint, nullum exhæredatis liberis præiudicium generari: ſed quantum ad inſtitutionem hæredum pertinet, teſtamento euacuato, ad parentum hæreditatem liberos tanquam ab inteſtato ex æqua parte peruenire, ne liberi falſis [e] accuſationibus condemnentur, vel aliquam circunſcriptionem in parentum ſubſtantijs patiantur. Si verò contigerit in quibuſdam talibus teſtamentis quædam legata † vel fideicommiſſa, aut libertates, aut tutorum dationes relinqui, vel quælibet alia capitula conceſſa legibus nominari: ea omnia iubemus adimpleri, & dari illis quibus fuerint derelicta, & tamquam in hoc non reſciſſum obtineat teſtamentum. Et hæc quidem de parentum ordinauimus teſtamentis.

[a] Filius res parentis obligare poteſt, eius ab hoſtibus redimendi cauſa.

[b] Nota fauorem attributum redemptioni captiuorum.

[c] Liberi hæretici nõ ſuccedunt patri vel ex teſtamento vel ab inteſtato *l.19. Cod. de hæreticis.*

[d] non dicit omnes homines, ſed omnes patriarchas beatiſſimos. nec .n. omnes homines in veram & orthodoxã fidem conſpirant.

[e] ℣. *l.7.§.4. Cod. de ſumma trinit.*

[f] hinc ſumpta eſt authẽtica, Idem eſt *Cod. de hæreticis.*

[g] Hæretici parẽtes teſtari inter liberos poſſunt.

[h] *Nouell.*118. *c.6. Nou.*144. *c.1. l.18. Cod. de hæreticis.*

[i] Hoc quidã volunt abrogari per Authent. Gazaros *Cod. de hæreticis:* perinde ac ſi ea vellet orthodoxos liberos hæreticis parentibus ſuccedere.

[k] Quod non defertur hæreticis, fratribus orthodoxis adcreſcit.

[l] Hæreticorum liberorum ius in ſuſpenſo eſt. Quandiu ſunt hæretici, fratres eorum orthodoxi aut cognati eis præferuntur. fructus etiam lucrantur: non tamen proprietatem partis hæretico delatam alienare poſſunt. Hæretico reſipiſcente, proprietatem ei reſtituere coguntur, at non fructus. [m] Obſerua caſum, in quo agnati & cognati defuncti excludunt defuncti liberos. hinc interea notandum, Iure Romano nedum orthodoxos liberos hæretici parentis fiſcum excludere, ſed & eius agnatos. † Eccleſia in bonis clerici hæretici fiſcum excludit ℣. *eod. ibi, ita vt ſi &c.* quod hodie non obſeruat. Clarus 5. *ſent.* §. *Hæreſis* ℣*erſ. item bona,* refert, in ducatu Mediolanenſi bona diuidi æquis portionibus inter fiſcum ducalem, epiſcopos & inquiſitores. In Hiſpania, omnia bona hæretici, etiam clerici, vel habentis beneficium eccleſiaſticum, applicãtur fiſco Regio, quantumuis hæretici parentis liberi ſint orthodoxi. arg. Authent. Gazaros *Cod. de hæretic.* confirmata communi opinione, quod repugnat huic Nouellę ℣. *eod.* ibi, non liceat eis alios hæredes inſtituere, niſi liberos orthodoxos. [n] non eccleſiam quandam generalem.

[a] Pœnæ hæreticorum ad ſimiles producuntur.

[b] Maior animorũ quàm corporum habenda eſt ratio.

[c] Vel vna ingratitudinis cauſa ſufficiens eſt ad exhæredandos liberos.

[d] alioquin liberi præſumuntur, meriti, niſi probētur immeriti.

[e] Falſis parẽtum accuſationibus temerè nõ credendum *l. 4. ff. de inoff.*

† iniuſta exhæredatio liberorum teſtamento adſcripta, teſtamentum non vitiat, ſed ſolas inſtitutiones: non legata, non fideicõmiſſa, non libertates: q̃ olim nõ fuit *l.8. §.16. l. 25. ff. de inoff.*

[f] *Iulian. conſiſt.* 107. *num.* 376.

Quæ ſint iuſtæ cauſæ parentum exhæredationis [f].

Cap. IIII.

IVſtum autem perſpeximus & econtrario de liberorum teſtamentis hæc eadem cum aliqua diſtinctione diſponere. Sancimus [g] itaq; non [h] licere liberis parentes ſuos præterire, aut quolibet modo à rebus proprijs, in quibus habent teſtandi licentiam, eos omnino alienare: niſi cauſas quas enumerauimus, in ſuis teſtamentis ſpecialiter nominauerint. Has autem eſſe decernimus. 1 ¶ Si parentes ad interitum [i] vitæ liberos ſuos tradiderint: citra cauſam tamen quæ ad [k] maieſtatem pertinere cognoſcitur. 2 ¶ Si venenis [l] aut maleficijs, aut alio modo parentes filiorũm vitæ inſidiati probabuntur. 3 ¶ Si pater nurui [m] ſuæ, aut concubinæ filij ſui ſeſe immiſcuerit. 4 ¶ Si parentes filios ſuos teſtamentum [n] condere prohibuerint in rebus in quibus habent teſtandi licentiam: omnibus videlicet in huiuſmodi teſtamentorum prohibitione ſeruandis, quæ in parentum perſona diſtinximus [o]. 5 ¶ Si contigerit autem virum [p] vxori ſuę ad interitum, aut alienationem [q] mentis dare venenum, aut vxorem marito, vel alio modo alterum vitæ alterius inſidiari: tale quidem vtpote publicum crimen conſtitutum, ſecundum leges examinari, & vindictam legitimam promereri decernimus: liberis autem eſſe licentiam, nihil in ſuis teſtamentis de facultatibus ſuis illi perſonæ relinquere, quæ tale ſcelus noſcitur commiſiſſe: 6 ¶ Si liberis, vel vno ex his in furore [r] conſtituto, parentes eos curare neglexerint: omnia & hîc obſeruari præcipimus, quæ de parentibus furioſis ſuperius diſpoſuimus [s]. 7 ¶ His caſibus etiã cladem captiuitatis [t] adiungimus: in qua ſi liberos detineri, & per parentum contemptum vel negligentiam non redemptos, ab hac luce tranſire contigerit, nullatenus eorum parẽtes ad facultates perueniant liberorum, de quibus filij teſtari potuerant: ſed omnia in hoc quoque capitulo ſeruentur, quæ & de parentibus vel cognatis atque agnatis qui ab inteſtato ad talium perſonarum iura vocantur, aut de extraneis ſcriptis hæredibus ſuprà cenſuimus [u]. 8 ¶ Si quis de prædictis liberis orthodoxis conſtitutus ſenſerit ſuum parentem vel parentes non [x] eſſe catholicæ fidei: hæc & in eorum perſona tenere, quæ ſuprà de parentibus iuſſimus [y]. 9 ¶ Si tales igitur cauſas, vel certas, aut vnam ex his liberi ſuis teſtamẽtis inſcripſerint, & ſcripti ab eiſdem hæredes, aut omnes, aut certas, aut vnam ex his probauerint: teſtamentum in ſua firmitate manere præcipimus. Si autem hæc omnia non fuerint obſeruata, nullam vim huiuſmodi teſtamentum quantu ad inſtitutionem hæredum habere ſancimus: ſed reſciſſo teſtamento, eis qui ab inteſtato ad hæreditatem defuncti vocantur, res eius dari diſponimus: legatis videlicet vel fideicom-

[g] hinc ſumpta eſt authẽtica, In teſtamento *Cod. ad Tertull.*

[h] *Nouell.* 1.

[i] *l.4. ff. de agnoſcend.*

[k] Vitæ liberorũ inſidiari permiſſum in cauſa maieſtatis. i. Permiſſum eſt parenti liberos maieſtatis accuſare *adde c.* 3. §. 3.

[l] *d.c.3.§.5.*

[m] *d.c.3.§.6.*

[n] *d.c.3.§.9.*

[o] *d.§.9.*

[p] Interfectorẽ matris exhæredare poſſumus, etiam parentẽ. diſſimulata eſt etiam pœna in ea, quæ pro vindicta liberorum matrẽ ſuam interfecerat, cùm eadem nepotes ſuos veneno ſuſtuliſſet ℣. *quæ notaui ad l.5. ff. de parricid.* [q] εἰς ἔκστασιν διανοίας. [r] *c.3.§.12.* ℣. *eo.* [s] *d.§.12.* [t] *d.c.3.§.13.* [u] *d.§.13.* [x] *d.c.3.§.14.* [y] *d.§.14.*

fideicommiſſis & libertatibus & tutorum dationibus, ſeu alijs capitulis, ſicut ſuperius [a] dictum eſt, ſuam obtinentibus firmitatem. Si quid autem pro legatis ſiue fideicommiſſis & libertatibus, & tutorum dationibus, aut quibuſlibet alijs capitulis, in alijs legibus inuentum fuerit huic conſtitutioni contrarium: hoc nullo modo volumus obtinere. Et hæ quidem exhæredationis aut præteritionis pœnæ, quantum ad ingratitudinis cauſas contra prædictas perſonas ſtatuendæ ſunt: ſi quæ autem ex his inter crimina reputantur, earum autores etiam alias pœnas ſentiant legibus definitas.

Vt [b] non liceat creditori hæredes defuncti pro debito moleſtare ante nouem [c] dies.

Cap. V.

HÆc autem diſpoſuimus, vt & parentes & filios à teſtamentorum iniuria liberos reddamus. Cæterum ſi qui hæredes fuerint nominati: etiam ſi certis rebus iuſſi fuerint eſſe contenti, hoc caſu teſtamentum quidem nullatenus ſolui pręcipimus: quicquid autem minus eis legitima portione relictum eſt, hoc ſecundum noſtras alias leges ab hæredibus impleri [d]. Sola enim eſt noſtræ ſerenitatis intentio, à parentibus & liberis iniuriam præteritionis & exhæredationis auferre. Conſiderare namq; debent parentes, quia [e] & ipſi filij fuerunt, & eadem à ſuis parentibus ſperauerunt. Et ſimiliter qui nunc filij ſunt, debent ſtudere parentum animos ſanare: quia [f] & ipſi parentes fieri deſiderant, & à ſuis filijs optant honorari. Vnde & conſtat ad vtriuſq; partis vtilitatem atq; cautelam, præſentem legem fuiſſe prolatam: quam ex hac occaſione promulgandam eſſe perſpeximus. In aliquo autem negotio diſceptantes, inuenimus Pulcheriam filiam gratā quidem à ſua genitrice fuiſſe dictam, exhæredatam autē teſtamento nominatam tam in paternis quàm in maternis facultatibus: & talem quidem ſcripturam, quia dolo eam & machinatione quorundam compoſitam fuiſſe comperimus, nullo modo permiſimus obtinere: filiam autem hæredem patris ac matris iuſſimus fieri: ſicut & in ſcriptis prolatum ſuper hac cauſa noſtrum manifeſtat arbitrium.

1 ¶ Meminimus [u] inſuper legem [g] à nobis fuiſſe prolatam, per quam iuſſimus nulli penitus eſſe licentiā corpora defunctorum debiti gratia detinere, aut impedimentum eorum facere ſepulturæ. Sed in præſenti quendam cognouimus cuiuſdam mortui genitorē à ſepultura ſui filij redeūtem, nomine debiti tenuiſſe: ideoq; pium & humanum eſſe perſpeximus talem crudelitatē hac lege pijſſima coërcere. Sancimus itaq; nulli penitus eſſe licentiam, aut hæredes, aut parentes, aut liberos, aut coniugē, aut agnatos, vel cognatos, aut alios affines eius, aut fideiuſſores ante [h] nouem dierum ſpatium, in quibus videntur lugere, conueniendi, aut quocumq; modo inquietādi, aut aliquam admonitionem eis offerendi, aut in iudicium [i] eos vocandi, ſiue debiti gratia quod à defuncto deſcendit, ſiue alterius cuiuſcunq; cauſæ nomine ad memoratas perſonas ſpecialiter pertinentis. Si verò intra nouem dierum ſpatium aliquis auſus fuerit quamlibet de prædictis perſonis aut aliquam cautionē ſeu promiſſionē vel fideiuſſionem exigere ab ea: hæc omnia inualida eſſe decernimus. Poſt nouem autem dierum excurſum, ſi quis contra tales perſonas aliquas habere putauerit actiones: eas ſecundum leges exerceat, nullo videlicet præiudicio actoribus ex hoc interuallo circa temporalem præſcriptionem, aut in alia quacumque legitima allegatione penitus generando.

De conſtituta pecunia [k].

Cap. VI.

AD [l] hoc, aliud capitulum ad pecuniæ conſtitutionē ſeu promiſſionem reſpiciens, hac lege præuidimus definire. Sancim⁹ igitur, ſi quādo aliquis aut pro [m] ſe, aut pro alia perſona pecuniam conſtituerit, vel ſpopōderit, dicens fortè cuicunq;, *Satis* [a] *tibi facio*: eum in quantitatem quam dixit, modis omnib. obligari, atq; promiſſionem ſeu ſponſionē ſuam adimplere, & debitum compelli perſoluere. Si quis autem dixerit, *Fiet tibi ſatis à me, & ab illo, & illo*: illis quidem quos nominauerit, non conſentientibus, nullum ex tali voce fieri præiudicium: ſed nec ipſum qui hoc dixerit, pro illis perſonis quas nominauit, aliquam exactionem ſuſtinere: pro ſe autem, quod ſecundum leges debere monſtratus fuerit, pro rata tantùm portione perſoluere. Si autem dixerit, *Fiet tibi ſatis aut à me, aut ab illo & illo*: tunc nominatis quidem ſimili modo non conſentientibus nullum fieri præiudium: ipſum autem qui hoc promiſerit, integrum quidem debitum cogi perſoluere. Si quis autem dixerit, *Fiet tibi ſatis*: eum tali verbo, vt imperſonaliter [b] dicto, tamquam ſi nihil promiſerit, ita ab omni exactione liberum ſeruari. Si quam autem contra nominatas perſonas putauerit ſibi actionem competere: eam ſecundum leges aduerſus eos proponere, & legis auxilio perpotiri.

EPILOGVS.

¶ Hæc autem obtinere ſancimus in cauſis omnibus quæ nondum iudiciali ſententia, vel amicabili conuentione ſopitæ ſunt, parens chariſſime atque amantiſſime. Celſitudo itaq; tua præſentem noſtri numinis generalem conſtitutionem edictis quidem in hac regia ciuitate more ſolito proponendis, præceptionibus autem ad prouinciarum rectores dirigendis, ad omnium notitiam faciat peruenire. Dat. Ka. Feb. CP. Dom. Iuſtin. PP. Auguſt. anno XV. [c] Baſilio V.C. Conſ.

a d.c.14. in f.

b vt nō liceat creditori ante luctuoſos nouem dies, debitore ſuo mortuo, aliquem moleſtare, propter hoc quod defunct⁹ debet *Iulian. conſti.* 107. *num.* 377.

c *Nou.* 60. *c.* 1.

d Nota de actione ad ſupplementū legitimæ *l.* 30. *Cod. de inoff.*

e Aliàs, ſenes parētes ex ſua libidine moderātur quæ nunc eſt, non quę olim fuit *Terēt. in Heautont. act.* 2. *ſcen.* 1.

f Laudat quiſque facile q optat.

u hinc ſumpta eſt authētica, Sed neque *Cod. de ſepulchro violato.*

g *Nouell.* 60. *c.* 1. *adde l. vlt. Cod. de ſepulchro violato: l.* 2. *ff. de in ius vocando: l.* 30. *ff. de iudiciis.*

h Solebant.n. in nonum vſque diē iuſta defunctis & μνημόσυνα perſolui. *Nouel.* 133. *c.* 3. *in f.* Gregor. 3. ἐννάτῃ μὲν ἡμέρᾳ παρὴν μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως καὶ ἁπᾶσαι τῶν ἐνδόξων γυναικῶν τὸ νενομισμένον τελέσουσαι πένθος καὶ τὰ μνημόσυνα, q mos ex paganis manauit. Dion *in Adriano*, Πλωτίναν ἀποθανοῦσαν ἐτίμησεν ὡς καὶ ἐπὶ ἡμέρας ἐννέα μελανειμονῆσαι. Auguſtinus *in quæſtion. ſuper Gen.* Neſcio, vtrū inueniatur alicui ſanctorū in ſcripturis celebratū eſſe luctū 9. dierū, q apud Latinos Nouendial appellant. vnde mihi videntur ab hac conſuetudine prohibēdi, ſi qui Chriſtianorū iſtū in mortuis ſuis numerum ſeruēt, qui magis eſt in Gentiliū conſuetudine. Donatus *in Phormione.* In nuptijs ſeptimus dies inſtaurationem voti habet, vt in funere nouem dies qui parentalia concludunt. V. *Cuiac. hic: & ca.* 6. *de præſcript.*

i *l.* 2. *l.* 3. *ff. de in ius vocando.*

k V. *Iulian. conſtit.* 107. *num.* 378.

l hinc ſumpta eſt authentica, Si quando *Cod. de conſtituta.*

m Conſtituimus aut pro nobis, aut pro alio.

a Nota hic quatuor formulas, Satis tibi facio, Fiet tibi ſatis à me & ab illo, & illo Fiet tibi ſatis aut à me, aut ab illo & illo, Fiet tibi ſatis. Priore & tertia formula cōſtituentē, in ſolidum obligari: ſecūda viriliter tātum, Quarta nullo modo obligari.

b Imperſonalis enuntiatio non obligat loquentem.

c .i. anno 541.

VT NEQVE MILES [d] NEQVE FOEDERATUS [e] obſeruetur domui priuatæ [f], aut poſſeſſioni alicuius.

Tit. XVII.

NOVEL. CONSTIT. CXVI.

Imp. Iuſtin. Aug. Theodoto Orientalium prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

CVM domini Dei beneuolentia ad cuſtodiam noſtrorum ſubiectorum militarium rerum incipit ordinatio. His enim prouidentia Dei diſpoſitis, Barbarorum quidem incontinentia refrenatur, reipublicæ verò res augetur. Et quoniam aliqui propriæ ſalutis pro nihilo facientes rationem, milites & fœderatos, qui debēt pro libertate reipublicæ cōtra inimicos certare, præſumūt ſubtrahere, & in priuatas ſuas occupare vtilitates: præuidimus per præſentem legē noſtram omnibus interdicere, vt nullum decætero præſumant militem in quocumq; relatum numero, aut fœderatum ſubtrahere, & in ſua domo aut in proprijs habere poſſeſſionibus, pro quibus nos multos ſuſtinemus labores: exercentur enim & militant, vt communibus vtiles ſint rebus.

Cap. I.

SInt igitur omnes ſcientes, qui milites aut fœderatos aliquos in ſuis habent domibus [g] aut poſſeſſionibus, aut qualitercunq; obſeruātes, & quaſdam eis proprias implentes vtilitates: quod niſi intra triginta dierum dilationem, computandorum ab inſinuatione per loca præſentis noſtrę diſpoſitionis, eos expulerint: ſubſtantiæ quidem habentium eos, aut retinentium, publicationi ſubiectæ, fiſco applicabuntur: ipſi verò & dignitatibus & militijs quas habent, expellētur: milites verò & fœderati qui eis poſt dilationem obſeruauerint, non ſolùm militia ſpoliabuntur, ſed etiam vltima [h] ſuſtinebunt ſupplicia: deſcientib. etiam vniuſcuiuſq; prouinciæ iudicibus, quia ſi aliqui inueniantur in locis [i] quæ ſub his ſunt exactorib⁹, aut conuictorib⁹, aut perſonis aliquibus, aut [k] dominijs, aut poſſeſſionibus, aut quibuſlibet proprijs vtilitatibus permanentes, & non celeriter iſtos comprehenderint, & ſupplicijs ſubdiderint, & milites quidē ad numeros ſuos tranſmittant in quibus militant, fœderatos [l] verò ad proprias [m] optiones: ipſi decem librarum auri pœnam exi-

d περὶ στρατιωτῶν. *Scrimg.* de militibus *Index Reginæ.*

e quid fœderati v. *c.* 1. *j. eo.*

f τοῦ μὴ πινα στρατιώτην ἢ φοιδέρατον ἐν ποσὶν ἰδιωτικαῖς χρείαις ἀπασχολεῖσθαι 57. *Eclog.* 8.

g Milites priuatis negotijs occupari non debent v. *l.* 31. *Cod. de locato.*

h .i. mortem.

i ἢ οἴκοις ἢ δεσπόταις *Scrimger.*

k hæc verba, *quæ ſub his ſunt exactoribus, aut conuictoribus*, deſunt in Scrimgeri editione.

l Fœderati *l. vlt. Cod. de locato, Iulian. conſtit.* 108. *num.* 388. ſub optionibus ſiue Phylarchis erant, vt ſcholares ſub primicerijs ſcholarum: milites ſub magiſtris militum, vel ducibus, vel tribunis. Duces optionum, Phylarchi appellātur v. *quæ notaui ad Nou.* 102. *c.* 1. Hîc ergo fœderati ad optiones ſuas, mites ad numeros ſuos, relictis priuatorum negotijs redire iubentur. his adde quæ dixi *ad l.* 31. *Cod. de locato.*

m ἰδίους ὀπτίονας. *Scrimger.*

gentur, & inſuper exilio tradentur, vtpote noſtras iuſſiones præſumentes negligere. Nemo igitur neque diuino quodam typo de hoc forſan facto, neq; præceptis iudicũ vtatur, neque aliquis noſtrorum iudicum huiuſmodi aliquos typos aut præceptiones iudicum ſuſcipiat, ſed cum omni celeritate militantes quidẽ ad proprios numeros[a], fœderati verò ad ſuas optiones reuertantur, & pro communibus certent rebus. nullo enim modo de cætero cõcedimus noſtros milites aut fœderatos in quibuſdam omnino priuatis vtilitatibus occupari.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per præſentem manifeſtata ſunt legẽ, tua eminentia præcognoſcens, in hac quidem feliciſſima ciuitate edictis ſecũdum morem propoſitis, in prouincijs verò prẹceptionib. deſtinatis omnibus manifeſta conſtituere feſtinet. Dat. Id. Apr. Conſtant. Imp. Do. Iuſt. perpetuò Aug. anno XV.[b] Baſilio V.C. Conſ.

[a] numeri, militum, optiones, fœderatorum.

[b] .i. anno 541.

VT [c] LICEAT MATRI [d] ET AVIÆ, ET Alijs parentibus poſt legitimam partem liberis derelictam, quomodo voluerint reſiduam facultatem ſuam diſponere, & alia capitula plura.

Tit XVIII.

NOVEL. CONSTIT. CXVII.

Imper. Iuſtin. Auguſt. Theodoto præfecto Orientalium prætoriorum.

[c] de diuortijs & alijs capitulis. *Index Reginæ*. adde Iulian. *conſtit.* 208.

[d] huc refer *c.1.j.eod.*

PRÆFATIO.

DIVERSIS capitulis ad nos relatis, neceſſarium eſſe perſpeximus generali hac lege diſponere.

Si quis filiumfa. hæredem inſtituerit, vt pater ipſius vſumfructum hæreditatis non habeat[e].

Cap. I.

SAncimus[f] igitur licentiam eſſe & matri & auię, alijſq; parentibus, poſtquam reliquerint filijs partem quæ lege[g] debetur: quod reliquum[h] eſt ſuæ ſubſtantiæ ſiue in ſolidum voluerint, ſiue in partem, filio vel filiæ nepoti vel nepti, & deinceps deſcendentibus donare, aut etiam per vltimam relinquere voluntatem, ſub hac definitione atque conditione, ſi voluerint[i], vt pater aut qui omnino eos habent in poteſtate, in his rebus neq; vſumfructum, neq; quodlibet penitus habeant participium. Hæc enim & extraneis relinquere poterant, vnde nulla parentibus vtilitas naſceretur. Hoc itaq; non ſolùm parentibus, ſed etiam omni perſonæ licere præcipimus. 1 ¶ Res autem ita relictas ſiue donatas poſitis ſub poteſtate perſonis, ſiquidem perfectæ[k] ſint ætatis: licèt ſub poteſtate ſint, licentiam habeant quo volunt modo diſponere. Si verò ætate minores ſint: per quem perſpexerit teſtator, aut donator, hæc gubernentur, donec illi quibus donata ſunt aut relicta, ad perfectam ætatẽ veniant: licentiam[l] habẽte teſtatore, vel donatore, & matri & auiæ horum quibus res collatæ ſunt, ipſarum rerum ſi voluerint gubernationem committere, licèt maritis iunctæ ſint memoratæ mulieres: ita tamen, ſi & ipſæ huiuſmodi gubernationem ſuſcipere voluerint. Si verò forſan is qui reliquit, aut donat, nullum his diſpenſatorem ordinauerit, aut ab eo datus huiuſmodi gubernationem ſubire noluerit, aut moriatur antequam illi perfectæ[m] fiant ætatis; iubemus iudicem[n] competentẽ curatorem fide dignum cum legitima fideiuſſione[o] rebus talibus ordinare, qui debeat relictam talibus perſonis ſubſtantiam gubernare atque cuſtodire, donec[p] illi ad perfectam (ſicut dictum eſt) ætatem peruẽniant. In illis enim caſibus legem quæ vſum[q] parentibus præbet, volumus cuſtodiri, quibus non ineſt ſpecialiter huiuſmodi conditio.

[e] Iulian. *hic num.* 379.

[f] hinc ſumpta eſt authentica. Excipitur *C. de bonis quæ liberis.*

[g] Liberis relinquẽda eſt vt minimũ, legitima.

[h] Poteſt parens vni liberorum plus alijs relinquere.

[i] Ea lege aſcẽdentes & extranei bona alicui relinquere poſſunt, ne vſusfructus eorũ patri adquiratur.

[k] .i. 25. annorum.

[l] *l.3.§.3.ff. de Vſuris: l.4. Co. de confirmando tutore: l.32. Verſ. ſimilis ff. de excuſ. tut.*

[m] .i. 25. annorum.

[n] *V. tit. ff. de tutorib. datis.*

[o] rem pupilli ſaluam fore ſcilicet.

[p] Minor 25. annis in cura eſſe deſinit.

[q] vſumfructũ *Iulian. hic.*

De eo qui in alioquo inſtrumento nominatus eſt filius.[r]

Cap. II.

AD[ſ] hoc autem & illud ſancire perſpeximus, vt ſi quis filium aut filiam habens de libera muliere cum qua nuptiæ conſiſtere poſſunt, dicat in inſtrumento, ſiue publica ſiue propria manu conſcripto, & habente ſubſcriptionem trium[a] teſtium fide dignorum, ſiue in teſtamento ſiue in geſtis monumentorum, hunc aut hanc filium ſuum eſſe[b], aut filiam, & non adiecerit naturalem: huiuſmodi filios eſſe legitimos, & nullam aliam probationem ab ijs quæri, ſed omni frui eos iure quod legitimis filijs noſtræ conferunt leges: vtpote ipſo patre (ſicut dictum eſt) filios proprios eos vocãte. ex hoc enim & cum eorum matre monſtratur legitimum habuiſſe matrimonium: vt neq; ab ea pro nuptiarum fide alia probatio requiratur. Si autem pater ex ipſa muliere multos filios habens, vni ex eis teſtimonium quolibet ex prædictis præbuerit modis: ſufficere ex eadem muliere natis, ad legitima iura patris teſtimonium vni datum.

[r] *Iulian. hic num.* 380.

[ſ] hinc ſumpta eſt authẽtica. Si quis liberos *C. de natur. liber.*

[a] Inſtrumentum propria manu ſcriptũ habens ſubſcriptionem trium teſtiũ magnę authoritatis eſt.

[b] ſenſus eſt, Eam iuſtam vxorem videri, cuius liberos in publico inſtrumento, vel in priuato munito tribus teſtib. vel in teſtamento, vel apud acta filios nominaueris. vnde poſſis colligere, Adoptione filios ſuos fieri, niſi plus aliquanto dare libuerit nominationi q̃ adoptioni V. *quæ dixi ad Nou. 89. c. 11.*

De muliere quæ ſine dotalibus inſtrumentis nupſit.[c]

Cap. III.

HOc quoq; præſenti conſtitutioni perſpeximus adijciendum, vt ſi quis ex non ſcripto per affectum nuptialem vxorem acceperit, & ex ea filios procreauerit: ſoluto autem matrimonio contingat eum etiam aliã ducere coniugem cum dotalibus inſtrumentis, & ex ea ſimiliter filios procreare: nullum circa paternam hæreditatem alijs filijs ex indotata[d] coniuge natis præiudiciũ fieri: ſed cum alijs filijs ex ſecunda natis vxore, quæ cum dotalibus inſtrumentis copulata eſt, ad patris etiam illos hæreditatem vocari, cum etiam ex ſolo affectu poſſit cõſiſtere matrimonium. quod ſimiliter valere volumus etiam ſi prius quidem cum dotalibus inſtrumentis iungatur aliquis vxori, poſt illam verò alteram ducat ſolo nuptiali affectu.

[c] & de filijs ex tali matrimonio natis *Iulian. conſti.* 381.

[d] Indotatæ vxoris liberi cum dotatæ liberis æqualiter ſuccedunt, vt ita exæquentur liberi primarum & ſecundarũ nuptiarum, licèt nõ in vtriſq; interuenerint, dotalia inſtrumenta.

De nuptijs[e] illuſtrium vt cum dotalibus inſtrumentis fiant.

Cap. IIII.

QVia[f] verò legem[g] dudum protulimus iubentẽ aut dotalia fieri documenta, aut alias probationes procedere factas apud eccleſię defenſores, per quas nuptias competat confirmari, aut certè ſacramenta præberi: in præſenti perſpeximus melius diſponere ea quæ de his pridem ſancita ſunt. Et propterea iubemus eos[h] qui maximis dignitatibus decorati ſunt, vſque ad illuſtres, non aliter nuptias celebrare, niſi dotalia ſcribantur inſtrumenta: niſi tamen aliquis antequam mereretur huiuſmodi dignitates, ex affectu ſolo duxit vxorem. Tales enim nuptias ante dignitates factas, & poſt dignitates, legitimas manere p̃cipimus, & ex his natos legitimos eſſe filios. Poſtquam verò honorati fuerint aliqui huiuſmodi dignitatibus: non aliter ducere vxores, niſi cum dotalib. inſtrumentis. Hanc autem legis ſubtilitatem concedimus[i] ſubiectis noſtræ reipublicæ Barbaris, licèt dignitatibus huiuſmodi decorati ſint, vt etiam ſub affectu[k] poſſint ipſi volentes contrahere nuptias. Reliquos autem omnes prẹter eos qui maximis (ſicut dictum eſt) dignitatib. decorati ſunt, cuiuſlibet ſint dignitatis, aut militiæ, aut ſtudij, ſi quidem voluerint, aut potuerint, non prohibemus eos cum dotalibus inſtrumentis ducere vxores. Si autem etiam hoc non cuſtodierint, & ex ſolo[l] affectu, celebratas nuptias firmas eſſe ſancimus, & ex eis natos, legitimos eſſe filios iubemus.

[e] *Iulian. hic num.* 382.

[f] hinc ſumpta eſt authẽtica, Maximis *C. de nuptijs:* & authẽtica, Sed nouo iure *C. de naturalib. lib.*

[g] *Nou. 89. c. 8.*

[h] Nota quãdo, & in quorum nuptijs, exigantur nuptialia inſtrumenta.

Vt cùm matrimonium eſt ſine dote, & coniux ſuperſtes inops, mortui quartam partem accipiat.

Cap. IIII.

QVia[m] verò legem[n] dudum poſuimus præcipientẽ, vt ſi quis vxorem aliquando ſine dotalibus acceperit, cum affectu ſolum nuptiali, & hanc ſine cauſa legib. agnita proiecerit: accipere eam quartã[o] partẽ ſubſtantię eius: & aliam[p] poſt hanc fecimus lege decernentẽ,

[i] Non ita actè agitur cũ extraneis incolis: q̃ cũ ciuib. ac propriè ſubditis.

[k] ſine titulo ſcilicet.

[l] citra inſtrumenta ſc. & ita hac conſtitutione confirmantur leges, quæ ſanciunt nuptias contrahi ſolo affectu iuxta Nouellam 22. ſolos illuſtres Romanos excipit vt & Nouella 74. Emendatur hîc quoq; Nouellæ 74. caput 4. quo non illuſtres cogebantur profiteri nuptias apud epiſcopum, exceptis ſeruis, militib⁹, agricolis & abiectis perſonis.

[m] hinc ſumpta eſt authentica præterea *Co. vnde Vir & Vxor.*

[n] *Nouell. 53. c. 6.*

[o] *Vide Iulian. hic, num. 382. Nouel. 22. c. 18. Nouell. 53. c. 6. Nouell. 74. c. 5. Nouel. 134. in fin. l. 11. Cod. de repud.*

[p] *d. Nouell. 74.*

ſi quis indotatam vxorem per affectum ſolum acceperit, & vſque ad mortem cum ea viuens, præmoriatur, accipere ſimiliter & eam quartam illius ſubſtantiæ portionẽ: ita tamen, vt non tranſcendat hoc centum librarum auri quantitatem: in præſenti melius vtranq; legem diſponentes, ſancimus in vtroq; caſu ex talibus matrimonijs natos filios, legitimos eſſe, & ad paternam vocari hæreditatem: vxorẽ autem ex vtroq; horum caſuum, ſi quidem vſq; ad tres habuerit filios eius vir, ſiue ex ea ſiue ex alio matrimonio, quartã partẽ ex ſubſtãtia viri accipere. Si autẽ amplius fuerint filij: tantum in vtroq; ſimiliter caſu accipere iubemus mulierem, quantum vni competit filiorum: ita quippe, vt vſum ſolum in talibus rebus mulier habeat: dominium autem illis filijs ſeruetur, quas ex ipſis nuptijs habuerit. Si verò talis mulier filios ex eo non habuerit: iubemus etiam dominij iure habere eam res quas ex viri facultatibus ad eam venire per præſentem iuſſimus legem. Quæ tamen irrationabiliter excluſa eſt: in ipſo tempore expulſionis partem iubemus accipere, quæ continetur hac lege. Virum enim in talibus caſibus quartam, ſecundum priorem noſtram legem, ex ſubſtantia mulieris accipere, modis omnibus prohibemus.

De Leoniana[a] & Conſtantiniana conſtitutione. Cap. VI.

ILlo indubitanter obſeruando, vt Leonis piæ memoriæ conſtitutio[b] in omnibus alijs caſibus qui non continentur præſenti lege, propriam habeat fortitudinem. Conſtantini verò piæ memoriæ legem † ad Gregorium ſcriptam, & ſuper ea factam interpretationem à Martiano † piæ memoriæ, per quam mulierum coniunctiones (quas Conſtantini lex[c] abiectas vocauit) ad quoſdam dignitatibus decoratos, prohibentur: nullo penitus modo valere permittimus: ſed licentiam[d] volentibus præbemus (etſi quibuſlibet magnis dignitatibus decorentur) huiuſmodi mulieres cum dotalibus inſtrumentis ſibimet copulare. Reliqui verò citra eos qui maioribus dignitatibus decorati ſunt, licentiam habebunt huiuſmodi mulieres accipere, ſiue ſcripto voluerint, ſiue ſolo affectu nuptiali: ſi tamen liberæ ſint, & cum quib. liceat nuptias celebrare.

Soluto per repudium matrimonio quomodo & apud quem liberi alantur.[e] Cap. VII.

ILlud[f] quoq; diſponendum eſſe perſpeximus, vt ſi quando inter maritum & vxorem nuptias ſolui contigerit: ex huiuſmodi nati filij, nullo modo lædantur ex ſeparatione nuptiarum, ſed ad parentum hæreditatem vocẽtur, ex patris ſubſtantia indubitãter alendi. Et ſi † quidem pater occaſionem[g] ſeparationis præbeat, & mater ad ſecundas non venerit nuptias: apud[h] matrem nutriantur, expenſas patre prębente. Si verò per cauſam matris oſtendatur ſolutum matrimonium: tunc apud patrem maneãt filij, & alantur. Si autem cõtigerit patrem quidem minus idoneum eſſe, matrem[i] verò locupletem: apud eam pauperes filios manere & ab ea nutriri iubemus. Quemadmodum enim filij[k] locupletes coguntur matrem egentem alere: ita iuſtum eſſe decernimus & à[l] matre locuplete filios paſci. Quod autem de alenda matre, & filijs indigentibus definiuimus, hoc quoq; in omnibus aſcendentibus deſcendentibúſq; perſonis vtriuſque naturæ valere præcipimus.

De iuſtis[m] diuortiorum cauſis marito permiſſis.[n] Cap. VIII.

QVia[o] verò plurimas in veteribus & noſtris legibus inuenimus cauſas, ex quibus facilè nuptiarum ſolutiones fiunt: ea cauſa perſpeximus ex his abſcindere aliquas quæ nobis indignæ ad ſoluendas nuptias viſæ ſunt: & eas ſolummodo nominatim præſenti inſerere

[a] Iulian. hic num. 383.
[b] Lex 9. C. de pactis conuentis, hic confirmatur.
† l. 1. C. de naturali. lib. hic abrogatur.
† Martiani Nouella de matrimonijs ſenatorum, hic abrogatur.
[c] l. 7. Cod. de inceſtis.
[d] Viles mulieres duci poſſunt à viris non poſitis in magna dignitate, etiam dotalib. inſtrumentis non cõfectis & ab alijs magna dignitate præditis, ſi tamen dotalia inſtrumenta componãtur. & ita, hodie ſenator libertinã ducere: ſenatoris filia liberto nubere poteſt abrogatis l. 16. 23. 42. in f. 44. ff. de ritu. quin, q̃ palam quęſtum corporis faciunt duci poſſunt ab illuſtribus, abrogata lege 41. ff. de ritu. l. 7. C. de inceſtis: Eſtq; hæc Nouella plenior Nouella 78. c. 3. quæ in nuptijs libertinæ ſemper requirebat nuptialia inſtrumenta. huc refer l. vlt. C. de agricol.
[e] V. Iulian. hic num. 384.
[f] hinc ſumpta eſt authẽtica, Si pater C. diuortio facto, apud quẽ liberi morari vel educari debent.
† olim erat poſitum in iudicum poteſtate, Statuere apud quem educarentur l. vn. C. diuortio facto.[g] Pœna occaſionẽ præbentis diuortio.[h] Apud matrẽ potius quàm apud patrem liberi aluntur l. 1. §. 3. ff. de liber. exhib.[i] l. 3. §. 4. ff. de lib. exhib.[k] Eſt .n. iniquum, matrem egere, cùm filius ſit in facultatib. l. 3. §. 13. ff. de agnoſcend. liber.[l] d. l. 5.[m] de repudijs à marito mittendis Iulian. hic nu. 385.[n] V. Nou. 22. c. 4. Harm. 12.[o] hinc ſumpta eſt authentica Sed nouo iure C. ad l. Iuliam de adult.

legi, pro quibus rationabiliter poteſt ſiue vir ſiue mulier repudium mittere. Nunc autem cauſas ex quibus maritus repudium mittere ſine periculo poteſt, & dotem[a] vxoris lucrari, ſeruato in ea dominio ex eodem matrimonio filijs aut filiabus: quibus non extantibus, frui etiam proprietate: has eſſe decernimus: Si[b] contra imperium[c] cogitantibus aliquib: conſcia eſt mulier, aut etiam viro ſuo non indicet[d]. Si autem vir, hoc à muliere denunciatum tacuerit, liceat mulieri per quãcunq; perſonam hoc declarare imperio: vt vir nullam ex hac cauſa repudij inueniat occaſionem. Si de adulterio maritus putauerit poſſe ſuam vxorem conuinci: oportet virum prius[e] inſcribere † mulierem, aut etiam adulterum: & ſi huiuſmodi accuſatio verax eſſe oſtenditur, tunc[f] repudio miſſo habere virum ſuper ante nuptias donationem, etiam dotem: &[g] ad hoc, ſi filios non habeat, tantum accipere ex alia vxoris ſubſtantia, quantum dotis tertia pars eſſe cognoſcitur: vt eius proprietati & dos, & à nobis definita pœna applicetur. Si enim filios habuerit ex eodem matrimonio: iubemus etiam dotem (ſecundum quod de hoc cenſent leges) aliamq; mulieris ſubſtantiam filijs conſeruari: & ita adulterum legitimè conuictum, vna cum vxore puniri: & ſi quidem habeat vxorem adulter[h], accipere eam & dotem propriam & propter nuptias donationem: & ſi filios habeat, ſolo vſu mulier fruatur, donationis proprietate ſecundum leges filijs ſeruanda. aliam verò mariti ſubſtantiam eius filijs ex noſtra largitate donamus. filijs autem non exiſtentibus, ante nuptialis quidem donationis proprietatem mulieri competere ſancimus: aliam verò mariti ſubſtantiam omnem fiſco † ſecundum[i] antiquas applicamus leges. Si quolibet modo mulier vitæ viri fuerit inſidiata: aut alijs hoc facientibus conſentiens, viro non[k] indicauerit. Si cum viris extraneis[l] nolente marito conuiuatur, aut cum eis lauat[m]. Si nolente viro foris domum manſerit: niſi forſan apud proprios[n] parentes. Si circenſib[o], aut theatris, aut amphitheatris interfuerit ad ſpectãdum ignorante aut prohibente viro. Si verò contigerit aliquem citra vnam prædictarum cauſarum, vxorem ſuã à domo propria expellere, & illa non habens parentes apud quos poſſit manere, ex neceſſitate foris habitet noctè: iubemus nullam eſſe marito licentiam propter cauſam hanc repudium mittere vxori, eo[p] quòd ipſe huius rei auctor exiſtat.

De iuſtis diuortij cauſis mulieri[q] conceſſis.

[a] Vxore adultera, dotis proprietate maritus lucratur ſi vxori nulli ſint liberi. ſi ſint, ſolum vſufructum vt hic. Quid ſi adulterium ſit cõmiſſum in ſecundo matrimonio? maritus nihil percipiet in dotalius bonis prioris matrimonij, quorum proprietas pertinebit ad liberos prioris matrimonij l. 6. C. de ſecund. nupt. Ideoq; hoc caſu marito conſuletur in dote ſecundi matrimonij v. Pap. 22. areſt. 9. nu. 5. Quid ſi vxor ſecundo marito nihil amplius dote prioris matrimonij attulit? Putat Papo ibidem, eo caſu virilem mariro adiudicari in eadẽ dote. Num vſufructu ſolo, an verò & proprietate? priorem ſententiam magis probo. vt quod vero patri aduerſus liberos denegatur vt hic: hoc multo magis extraneo ſeu vitrico denegari oporteat. Videtur tamen huic pœnæ quodammodo derogari per Nouellam 134. c. 10. quæ vult adulteram verberatam detrudi in monaſterium, eiuſq; liberis beſſem, quatuor reliquas vncias monaſterio adiudicari. Si aſcendẽtes, beſſem monaſterio, reliquas quatuor vncias aſcendentib. Si nulli liberi aut aſcendentes, totum aſſem monàſterio adiudicari. adde Nouel. Leon. 32.[b] Nota cauſas repudiorum.[c] Vir vxorem repudiare poteſt propter crimen maieſtatis, & è contra c. 9. j. eo. 4. Harmen. 12. c. αἱ αἰτίαι τῆς διαλύσεως τῆς γυναικός. in eandem, ſuperiori crimine, teſtis etiam eſſe poteſt, & è contra 1. Harmenop. 6. cap. περὶ κεκολυμένων.[d] Crimen eſt, maieſtatis reos non indicare. Interdum non indicare fit delictum vt hic & verſ. Si quolibet modo j. & c. 9. j. & l. 5. §. 6. C. ad leg. Iuliam maieſt. l. vn. C. de falſa moneta: l. vlt. C. de maleſi. l. 2. ff. ad l. Pompeiam de parricid. facit l. 45. §. 8. ff. de furtis: & ſcientia delicti contrahendi punitur l. 6. l. 7. ff. ad l. Pompeiam: quin & is qui potuit prohibere nec prohibuit l. 9. §. 1. ff. de falſis: l. 50. ff. de regul. iur. adde Belloniſan. 2. pract. 6. num. 40.[e] nota ordinem accuſandi de adulterio. † 6. Harmenop. 2. & ita abrogatur pars leg. 30. C. de adult.[f] Pœnæ adulteræ.[g] Maritus adulteræ vxoris dotem lucratur, ſi ex ea non ſuſceperit liberos, nedum dotem ſed etiam in alijs eius bonis tantum lucratur, quantum tertia pars dotis fuerit. lucratur, inquam, ea omnia etiam proprietate tenus. ſi ſuſcepit, ſolam dotem lucratur, quam etiam filijs ex eo matrimonio ſuſceptis ſeruare cogetur.[h] Pœna adulteri mariti. Adulter dicitur, non qui vxori fidẽ ſemel aut ſecundo fallit c. 9. j. eo. ſed qui cum alterius vxore rem habet vt hic. † Adulteri bona olim confiſcabantur Nouel. 134. c. vlt. 4. Harmen. 12. d. loco. & 6. tit. 2.[i] d. c. vltim.[k] De delicto non indicãtis dixi s. eod. capite.[l] quo nomine intelligi non puto eius agnatos & cognatos proximos.[m] Si vxor inuito marito cum maſculis extraneis conuiuatur aut lauat repudiari poteſt v. Nouell. 22. c. 15. §. 1.[n] apud quos nihil iniuſtæ ſuſpicionis eſſe poteſt. & ita, nolente etiam viro, poteſt vxor impunè extra domum mariti manere apud parentes.[o] ludis ſcilicet.[p] Nemo id punire poteſt, cuius admittendi cauſa fuerit.[q] Nouell. 22. c. 15. §. 1. 4. Harmenop. 12. c. αἱ αἰτίαι τοῦ ἀνδρός & Iulian. conſtit. 108. num. 386.

Cap. IX.

CAuſas[a] autem pro quibus rationabiliter poteſt viro à muliere mitti repudium, ex quibus poteſt & dotẽ recipere, & propter nuptias donationem exigere, ſimiliter filijs ſeruanda donationis proprietate, aut filijs non extantibus habere etiam huiuſmodi dominium, has eſſe ſolas diſponimus: Si contra[b] imperium aut ipſe cogitauerit aliquid, aut cogitantibus conſcius non[c] indicauerit imperio, aut per ſe, aut per quamcunque perſonam. Si quolibet modo vir inſidiatus fuerit vitæ mulieris, aut alijs hoc volentibus ſciens non manifeſtauerit vxori, & ſtuduerit ſecundum leges vlciſci[d]. Si maritus vxoris caſtitati inſidiatus[e], alijs etiam eam adulterandam tentauerit tradere. Si vir de adulterio inſcripſerit vxorem, & adulterium non[f] probauerit: licere mulieri volenti, etiam pro hac cauſa repudium deſtinare viro, & recipere quidem propriam dotem, lucrari autem & antenuptialem donationem: & pro huiuſmodi calumnia, ſi filios non habuerit ex eodem matrimonio, tantum ſecundum proprietatem accipere mulierem ex alia viri ſubſtantia, quantum antenuptialis donationis tertia pars eſſe cognoſcitur. Si [illegible]m filios habuerit, iubemus omnem viri ſubſtantiam filijs conſeruari: firmis manentibus, quæ de antenuptiali donatione alijs legibus continentur: ita tamen, vt etiam, propter illatam adulterij accuſationem, & non probatã, illis quoq; maritus ſubdatur ſupplicijs, quæ eſſet paſſura mulier ſi huiuſmodi fuiſſet accuſatio comprobata. Si quis in ſua domo, in qua cum ſua coniuge commanet, contemnens eam, cum alijs inueniatur[g] in ea domo manens: aut in eadem ciuitate degens, in alia domo cum alia muliere frequenter manere conuincitur, & ſemel & ſecundo[h] culpatus, aut per ſuos parentes, aut per mulieris, aut per alias aliquas fide dignas perſonas, huiuſmodi luxuria nõ abſtinuerit: licere mulieri pro hac cauſa ſoluere matrimonium, & recipere datam dotem, & antenuptialem donationem, & pro tali iniuria tertiam partem æſtimationis quam antenuptialis facit donatio, ex eius ſubſtantia percipere: ita tamen, vt ſi filios habuerit, vſu ſolo mulier potiatur rerum quas ex antenuptiali donatione, & pœna tertiæ portionis mariti ſubſtantię acceperit, dominio cõmunibus filijs conſeruando. Si autem filios non habuerit ex eodem matrimonio: habere eam talium rerum etiam proprietatem præcipimus.

[a] hinc ſumpta eſt authẽtica, Sed nouo C. de repu.
[b] Vxor virũ maieſtatis reum deferre poteſt & in eũ teſtis eſſe, c.1. Harm. 6. 6. περὶ κεκολυμένων.
[c] d.c.8. §. eod.
[d] Maritus iniuriam vxoris tenetur propulſare. vxores enim à maritis [illegible] di ius eſt §. 2. inf. Inſtit. de iniurijs.
[e] Si maritus lenocinium vxoris procurauit, diuertere ab eo vxor poteſt.
[f] Maritus falſò vxorem de adulterio impunè non accuſat.
[g] quod maximè caſtas vxores exaſperat Nouell. 22. c.15. §.1.
[h] Non temerè à marito ſcortatore vxor poteſt diſcedere, bina ſaltem admonitio priùs requiritur. Ex hoc loco poſſe colligi puto, eum propriè non eſſe adulterũ qui cum muliere ſoluta rẽ habet vt hic. ſed eum qui cum alterius vxore vt c.8. §. eo. Priori reſipiſcenti pœna non infertur vt hîc: ſed neque capitalis pœna hîc ſtatuitur, Poſterioris pœna eſt capitalis Nouell. 134. c.10.

Vt non liceat conſenſu matrimonium diſſoluere, niſi ex cauſa probabili.[i]

Cap. X.

QVia[k] verò ex conſenſu aliqui † vſque ad præſens alterna matrimonia ſoluebant, hoc de cætero fieri nullo ſinimus modo, niſi fortè quidã caſtitatis cõcupiſcentia hoc fecerint. Si autem huiuſmodi perſonæ filios habuerint: tam dotem quam antenuptialem donationem eorum filijs conſeruari diſponimus. Si quis autẽ horum, aut maritus forſan, aut vxor poſtquàm propter caſtitatem ex conſenſu ſoluerit matrimonium, inueniatur alias contrahens nuptias, aut luxurioſè viuens: iubemus, ſi quidem (ſicuti dictum eſt[l]) filij fuerint ex memorato coniugio, ſuper dotem & propter nuptias donationem, eis tradi & proprietatem penè ſubſtantiæ illius quæ conuincitur deliquiſſe perſonæ. Si verò filij minoris ſint ætatis: gubernari eos & paſci ab illo parente præcipimus qui nihil præſenti legi contrarium egerit. Si autem ambo parentes in huiuſmodi vitium[m] incidant, tunc vtriuſque parentis ſubſtantiam filijs applicari: diſpenſatorem[n] autẽ ijs qui in minori ſunt ætate conſtituti, ordinari prouidẽtia competentis iudicis, & aliorum quibus hæc ex noſtris legib. ſunt commiſſa. Si autem filij non ſint: vtriuſq; perſonę ſubſtantiã fiſci rationibus applicari[o], & eos qui talia deliquerunt, legitimis ſubdi ſupplicijs. Aliter enim ſeparationem matrimoniorum fieri ex conſenſu, nulla ratione permittimus.

[i] Iulian. hic num. 387. [k] hinc ſumpta eſt authentica. Quod hodie C. de repu. † & ita abrogatur lex. 60. ff. de donationib. inter vir: lex 9. C. de repudijs: & Nouella 22. c.4. quib. licuit mutuo conſenſu matrimoniũ diſſoluere. Verum hæc Nouella poſtea abrogatur per Nouellã 140. qua permittitur repudiũ fieri mutuo conſenſu. [l] c.8. c.9. §. eod. [m] vt ſcilicet ſcortentur. Quid ſi nuptias redintegrant? aliud puto. [n] Nota caſum quo adimuntur ipſis parentibus bona, vt eorum liberis applicẽtur, dato liberis diſpenſatore ſeu curatore. [o] Nota pœnam ſcortantium poſt matrimonium, caſtitatis cauſa, ſolutum.

Quod tempus expectare maritum in expeditione[a] degentem debeat mulier.

Cap. XI.

QVod[b] autẽ à nobis ſancitum eſt[c] de ijs qui in expeditionibus ſunt & in militijs conſtituti, ſiue milites ſint, ſiue fœderati[d], ſiue ſcholares, ſiue alij quidam ſub alia quacumq; militia armata conſtituti: melius ordinare perſpeximus, & iubemus, quantoſcunq; † annos in expeditione manſerint, ſuſtinere eorum vxores: licèt nec literas nec reſponſum aliquod à ſuis maritis ſuſceperint. Si qua verò ex huiuſmodi mulieribus ſuum maritum audierit[e] eſſe mortuum, neque tunc ad alias eam venire nuptias ſinimus, niſi prius acceſſerit mulier aut per ſe aut per ſuos parentes, aut per aliam quamcunque perſonam, ad priores numeri[f] chartularios, in quo huiuſmodi maritus militabat, & eos ſeu tribunum (ſi tamen adeſt) interrogauerit ſi pro veritate mortuus eſt eius coniunx: vt illi ſacris euangelijs propoſitis, ſub geſtis monumentorum deponant ſi pro veritate vir mortuus eſt: & poſtquam hæc geſta monumentorum confecta mulier pro ſuo teſtimonio perceperit, etiam poſt hoc iubem⁹ manere eam per vnius anni ſpatium, vt etiam poſt hunc decurſum liceat legitimas contrahere nuptias. Si autem præter hanc obſeruationem mulier præſumpſerit ad aliud venire matrimonium: & ipſa, & qui ducit eam vxorem, velut adulteri puniantur. Si autem qui ſub geſtis monumentorum cum iureiurando teſtati ſunt, conuincantur etiam falſum poſtea depoſuiſſe teſtimonium: ipſi quidem militia denudati, decem auri librarum pœnam compellantur exoluere illi quem mentiti[g] ſunt mortuũ eſſe: ipſe verò licentiã habeat, ſi voluerit, ſuam[h] vxorem recipere. Si verò ſcholaris fuerit ille de cuius morte dubitatio eſt, à primis ſcholæ & actuario: ſi autem fœderatus, ab optione eius memoratã depoſitionem accipere eius vxorem, his obſeruandis & circa alios omnes qui in armata militia referuntur.

[a] de vxorib. militum v. Iulian. num. 388.
[b] hinc ſumpta eſt authẽtica, Hodie C. de repud.
[c] Nouell. 22. c.14.
[d] de fœderatis & ſcholaribus aliàs di xi.
† Lege Conſtantini, vxor ſi quadriennio nullũ ſoſpitatis mariti indiciũ accepiſſet, certa ſolemnitate præeunte impunè poterat nubere l.7. C. de repud. lege Iuſtiniani quadrienniũ Conſtantini ad decenniũ prorogatum fuit Nouel. 22. c.14. quod decennium hîc in incertum tempus mutatur.

[e] Ob quantumuis longam abſentiam mariti, vxor alteri nubere non poteſt, niſi audiuerit eum certò mortuũ vt hic. vnde, aut quo gradu ſeruanda ſit talis certitudo, vide ʒ. eod. [f] Chartularij numerorum militum, in acta deferebant nomina militantium, & qui eorum eſſent mortui vt hic. [g] Pœna mentientis aliquem mortuum eſſe. [h] Eadem verba leguntur in authentica, Hodie vxor C. de repudijs. Porrò, cùm hæc ſententia ſit vtilis his qui in foro Eccleſiaſtico & conſiſtorijs verſantur, & de ea paucis ab hinc annis fuerim rogatus, cum fortè Titius aliquis poſt 30. annum ad vxorem redijſſet, viſum eſt ea de re aliquid hîc dicere. Primum illud erit, hodie non licere vxori (dic idem in marito) propter quãtumuis longam mariti abſentiam (reiecto quadriennio Conſtantini l. 7. C. de repud. & decennio Iuſtiniani Nouell. 22. cap. 14.) alteri prius nubere, quàm verè intellecta mariti morte vt hic. Secundum ex c. 44. extra de ſententia excommunicationis. Mulierem verè intellecta ſoſpitate prioris mariti abſentis, marito ſecundo præſenti debitam coniugij fidem præſtare impunè poſſe, prę ſertim ſi ea exigatur. fore aliud, ſi incertus rumor ſoſpitatis prioris mariti fuerit, ne alioquin vel cõtra legem coniugij, vel contra conſcientiam committantur offenſæ. Tertium, priori marito reuerſo licentiam eſſe vxorem recipere vt hic. quam ſententiam vſus antiquus & Leo 34. quæſt. 1. c. per bellicam etiam confirmauit, motus dignitate nuptiarum, quæ Deum authorem & vitam inſeparabilem habent. Mouetur eo amplius, quòd res abſentium & captiuorum vſucaptæ, aut non vtendo amiſſæ, poſtea reuerſis, magiſtratus beneficio, reſtituantur l.1. ff. ex quib. cauſ. maior. Aequiſſimũ eſſe, vt ſi id ius admittatur in rebus inanimatis, hoc inter animata & quidẽ ratione prædita admittatur. Iubet itaq;, vxorẽ marito reſtitui, idq; fidem olim datam expoſcere: ad opprobrium malę voluntatis non trahendum, quod conditio neceſſitatis & captiuitatis extorſerit. Id ipſum (vſu inualeſcente) confirmauit Innocentius c. Vrſa quæſt. 34. c. 12. Lucius Tertius in epiſtola ad captiuos ſeu in c. dominus extra de ſecundis nuptijs, in ea eſt etiã ſententia, adeo vt ſi mulier poſteriorẽ præferat, adulteriũ committat. Vt vt ſit, Error verũ matrimonium vitiare non poteſt argum. l. 6. §. 1. ff. de off. præſid. Eſt & illud elegans quod Alexander 3. in c. Lator 7. extra de ſentent. & re iudicata. & ibidem interpretes docent, ſententiam latam contra matrimonium nunquam tranſire in rem iudicatam. ideoq; ſemper reuocari, quoties conſtiterit de errore. At enim dices, Si ita ius ſit, dicendum vt intermedio tempore vxor adulterium commiſerit, & ſuſcepti ex huiuſmodi copulatione liberi ſint illegitimi? non ita eſt l. 11. §. 12. ff. de adulterijs. Putatiuum enim matrimonium prodeſt ad legitimationem filiorum l. 4. C. de inceſtis: & errori communi, opinioni, l. 2. Cod. ſi ſeruus aut libertus 10. titul. 32. neceſſitati & vtilitati publicæ aliquid indulgeri æquum eſt & ſolet: vt ex ijs cauſis geſta bona fide ac ſimplicitate ſumma teneant, vide quæ notaui ad l. 3. ff. de off. prætor: l. 3. ff. de Senatuſconſulto Macedon. etiam ſi ſtatus poſterioris mariti redeat ad cauſam extranei & non mariti argum. l. 11. & 38. C. de liberali.

Ex quibus

Ex quibus cauſis matrimonium ſine pœna ſoluatur[a].

Cap. XII.

PRædictis itaque cauſis proſpeximus etiam has nominatim adijcere, ex quibus matrimonia ſine pœna licet tranſigere: hoc eſt, de ijs qui[b] non potuerunt[c] ab initio nuptiarum miſceri ſuis vxoribus, & quæ per naturam viris conceſſa ſunt, agere: inſuper de ijs viris ac fœminis, qui conſiſtente matrimonio ſanctimonialem[d] conuerſationem & monaſterij habitationem elegerint, & de ijs perſonis quæ in captiuitate[e] aliquanto tempore detinentur. in his enim tribus caſibus, quæ de eis prioribus noſtris legibus continentur, firma eſſe ſancimus. Memoratas igitur omnes cauſas, quæ in præſenti noſtra lege continentur, ſolas ſufficere iubemus ad tranſactionem legitimorum matrimoniorum. Reliquas autem omnes vacare præcipimus, nullamq; aliam cauſam citra eas quæ nominatim inſertæ ſunt huic legi, poſſe ſoluere legitimum matrimonium, ſiue noſtris ſiue veteribus legibus continentur.

Si mulier ſine iuſta cauſa marito ſuo repudium miſerit[f].

Cap. XIII.

QVia verò quædam mulieres inhoneſtè volentes viuere, feſtinant propria matrimonia ſoluere: ſancimus, ſi quando mulier citra aliquam prædictarum à nobis cauſarum voluerit matrimonium ſoluere, licentiam quidem eam non habere hoc agere. ſi verò permanſerit in huiuſmodi impia voluntate, & repudium tranſmiſerit: iubemus[g] dotem quidem viro dari, communib. filijs ſecundum legem ſeruandam. Si autem filios non habuerit, lucrum fieri marito, mulierem verò periculo iudicis negotium audientis tradi epiſcopo ciuitatis in qua communiter domiciliũ habuerint: quatenus illius prouidentia in[h] monaſterium ipſa mittatur, vt quoad vixerit, debeat ibi conſiſtere: & ſi quidem filios habuerit huiuſmodi mulier, duas partes propriæ eius ſubſtantiæ dare filijs: tertiam verò monaſterio[i] in quod mittitur, applicare iure proprietatis. Si verò filios non habuerit, ſint autem ei parentes: duas partes quidem ipſius ſubſtantiæ monaſterio præberi vbi mittitur, tertiam verò partem illius parentibus dari: niſi tamen ſub poteſtate eam habentes, irrationabili repudio conſenſerunt[k]. in hoc enim conſentientes, nihil eos penitus ex ſubſtãtia filiæ habere permittimus, ſed hęc omnia venerabili monaſterio volumus applicari. Porrò neque filiis, neq; parentibus exiſtentibus ei omnem ſimiliter eius ſubſtantiã cõpetere monaſterio. Si verò iudex qui negotium examinat, hoc non fecerit, id eſt, tradiderit in hoc deprehenſam ciuitatis epiſcopo, vt debeat in[l] monaſterium mitti, ſi quidem in hac feliciſſima ciuitate ſit iudex, ipſe quidem vigintiquinque librarum auri pœnam exigatur: officium autem eius alias decem. Si verò in prouincia ſit huiuſmodi iudex, & non egerit quæ à nobis in hac iuſſa ſunt, decem librarum auri perſoluat pœnam, & officium eius alias quinque. Si verò iudex fuerit non[m] habens cingulum: ipſe quidem pœnam decem librarum auri exigatur, miniſtrantes autẽ ei quinque: quatenus multa quæ hinc accedit à memoratis perſonis, per comitem[n] rerum priuatarum, & palatinorum ſcholam exigatur: & noſtro aſſignetur ærario. Si[o] autem & vir circa mulierem tranſigere[p] ſtuduerit matrimoniũ, & irrationabiliter[q] repudium deſtinare: iubemus reddere quidem eum quam ſuſceperit dotem vnà cum ſponſalitia largitate, & tantum ex alia eius ſubſtantia præberi mulieri, quantum tertiam partem ſponſalitiæ faciat largitatis. & ſi quidẽ ei filij ſunt, ſolum vſum & antenuptialis donationis, & à nobis additæ tertiæ partis mulierem habere: proprietatem verò filijs conſeruare, filijs autem non exiſtentibus, habere mulierem ſuper[r] vſum in ipſis rebus etiam proprietatem, & prædictas quidem diſpoſitiones diſſolutis rationabiliter aut etiã irrationabiliter nuptijs ordinamus: & omnia de memoratis caſibus ſecundum hanc noſtram conſtitutionem iudicari & decidi decernimus.

[a] *V.Iul.conſti.* 108.*c*.389. [b] *V.Nouel.*22. *c*.6.*l*.10. *C.de repud.* [c] Impedimentum poteſt eſſe vel in viro *Vt hic:* vel in vxore *l.* 14. *§.7.ff.de adulterio.* [d] *Nouell.*22. *cap.*5.*Nouell.*123.*c*.39.*l*.60. *ff.de donationib.int. Vir.l.* 53.*inf.l.*56.*C. de epiſcop.* [e] *V. ca. dominus. extra de ſecund. nupt. Nouel.*22.*capite* 7. [f] *Vide Iulianum hic numero* 340. [g] Pœna coniugis iniuſtè repudiũ mittentis. [h] *adde Verſ.Si Vero iudex.* j. *eodem.* Pœna eccleſiaſtica, detrudi in monaſteriũ perpetuum ob iniuſtam repudij cauſam, *Vt hic:* ob adulteriũ *Nouella* 134. *cap.*10. de detruſione in carcerem, vide Petrum Gregorium 31. *ſyntagm.* 32. De perpetua carceris pœna dixi *ad leg.*8.*§.9.ff. de pœnis.* dicam & ad Nouellam Emanuelis *c.*8. [i] Tertia bonorum ingredietis monaſterium mulieris hic aſpergitur monaſterio: vt bes, *Verſicu.ſi Vero.* j. & as integer *Verſ. porro.infr.eodem.* [k] Pœna conſentientis illegitimo matrimonio. [l] *Vide Verſic. ſi autem.* j. *eodem.* [m] id eſt, non magiſtratus *Iul.hic.* [n] *Vide titu. Codice de off.comit.rer.priuat.* [o] hinc ſumpta eſt authentica, *Sed nouo. Codice de repudiis.* [p] diſſoluere. eſt enim tranſactio litigioſæ rei ſolutio. [q] Pœna mariti iniuſtè repudium mittentis. [r] id eſt, præter vſum.

Si quis vxorem ſuam flagellis caſtigauerit[a].

Cap. XIIII.

SI quis autem propriam vxorem flagellis[b] aut fuſtibus[c] cæciderit ſine aliqua cauſarum quas contra vxores ad matrimonij ſolutionem ſufficere iuſſimus, matrimonij quidem ſolutionem ex hoc fieri nolumus †: virum autem qui monſtratur ſine huiuſmodi cauſa vel flagellis vel fuſtibus cæcidiſſe vxorem ſuam, tantum[c] pro huiuſmodi iniuria ex alia ſua dare ſubſtantia vxori etiam conſtante matrimonio, quantum tertia pars antenuptialis facit largitatis.

Si quis ſuſpicatus fuerit de aliquo, velle eum pudori vxoris ſuæ illudere[d].

Cap. XV.

HIs[e] quoque etiam illud adijcimus, vt ſi quis forſan ſuſpicatur aliquem velle ſuæ vxoris illudere caſtitati, & conteſtationes ei ex ſcripto tres[f] deſtinauerit habentes teſtimonia trium virorum fide dignorum, & poſt has tres ex ſcripto cõteſtationes inuenerit eum conuenientem ſuæ vxori: ſi quidem in ſua[g] domo, aut ipſius vxoris, aut adulteri, aut in popinis, aut in ſuburbanis: eſſe licentiam marito proprijs manibus talem perimere[h], nullum periculum ex hoc formidanti. Si verò in alio loco talem inuenerit cum ſua vxore loquentem: non minus tribus teſtibus fide dignis conuocatis[i], per quos probare poſſit, quòd eum cum ſua vxore comperit: iudici tradere crimina examinanti. Illum verò pro veritate cognoſcentem poſt tres ex ſcripto conteſtationes cum tali muliere eum inuentum: talem quidem tanquam ex[k] hoc ſolo adulterij crimini ſubiacentẽ, nulla alia ratione quæſita punire: licentiam autem exequi crimen. 1 ¶ Quia verò ita comperiuntur aliqui impij, vt etiam in[l] venerandis domibus præſumant in talibus ſe miſcere ſceleribus, & ibi[m] de peccatis tractare, vbi conſueuerunt Deum timẽtes, peccatorum veniam poſtulare: iubemus, vt ſi quis talis inueniatur in[n] locis venerabilibus alienæ vxori de qua in ſuſpicione eſt, poſt tres (ſicut dictum eſt) conteſtationes loqui, licentiam eſſe eius marito vtraſq; perſonas defenſori eccleſiæ aut alijs clericis tradere[o]: vt ad eorum periculum diuiſim[p] iſti ſeruentur[q], donec iudex hoc cognoſcens mittat ad epiſcopum ciuitatis, quatenus ei iſti tradantur, vt debeant ſuſtinere tormentum ſecundũ leges quæ interdicunt adulteros[r] à ſanctiſſimis eccleſijs vindicari[ſ]: nullam neque in hoc aliam iudice quærente de adulterio probationem, niſi tres (ſicuti iã ſuprà diximus) conteſtationes. his enim tribus conteſtationibus oſtẽſis, omnibus modis illi ſicuti adulteri punientur. Non enim debent huiuſmodi perſonæ in venerabili loco munimen habere, quem[t] ipſi per ſcelus proprium deſpexerũt. nam ſi eos qui alibi rapinas mulierũ, aut adulteria cõmittunt, & ad orationum domos confugiunt, ab eis vindicari[u] noſtræ leges non ſinunt: quomodo[x] illis qui in ipſa eccleſia tale ſcelus ſtuduerint perpetrare, permittimus ali-

[a] *Iulian. hic num.*391. De condictione ex hac lege, p honeſtis vxoribus aduerſus maritos, vide Oldendorpiũ *claſſ.* 7.*act.*12. agitur autẽ hic de pœna mariti verberantis vxorem.

[b] Ea eſt iniuriã *l.*11.*§.* 7.*ff. de iniurijs.*

[c] lignis *Iulia. hic.*

† & ita reſtringitur lex 8.§. 2. *Cod.de repud.*

[c] In quibus cauſis vir poteſt vxorem repudiare, in illis omnib⁹ poteſt vxorem acriter verberare & domo abigere. In alijs caſibus volunt interpretes, permitti marito modicã caſtigationẽ, *argum.l.*17.*§.* 1.*ff.de Vſufru. l.* 5. *in fin. l.*6. *ff. ad leg. Aquil. l.*13. *§.* 4. *ff.locati.leg.*2. *in fi. ff. de obſequijs. l.*1. *C. de emendat. propinquor.* ſi tamen id acciderit, volũt eo caſu iurari aut cautionem præſtari à marito, nũquam vxorem in poſterum verberatum iri, *argum.leg.6.in fin. Cod.de his qui ad eccleſ.confug.adde Bellouiſan.*1.*pract.*9.*numero* 16.17. [d] *Vide Iulian.hic numero* 392. [e] hinc ſumpta eſt authentica, *Si quis. Codice de adulteriis. adde* 6.*Harmenopul.*2. [f] Eodem modo ſacerdotes, presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, & ſimiles, ſi poſt primam, ſecundam, & tertiam denunciationem pergant cum alterius vxore confabulari & conuerſari, excommunicantur *cap.*2.*extra de cohibit.cleric.* [g] nota caſum in quo maritus adulterum vxoris poteſt interficere. [h] *Vide legem* 24. *ff.de adulter.* [i] in quibus cauſis rogandi ſint teſtes, *Nouell. nonageſima cap.*2. [k] Præſumitur adulter, qui ter & ſolemniter monitus non deſijt cum vxore alterius loqui. [l] *Propert.* 2. *Eleg.* 14. Illic (id eſt, ruri) te multi poterunt corrumpere ludi, Fanaque peccatis plurima cauſa tuis. [m] Magnum ſcelus ibi de peccatis tractare, vbi Deum timentes conſueuerunt peccatorum veniam poſtulare. Creſcit delictum qualitate loci. [n] Proteſtatio fieri poteſt in eccleſia, *Vide legem ſecund. Codice de ſacroſanct.eccleſ.* [o] Non licet marito adulterum in templo occidere: licet tamen adprehendere. [p] id eſt, locis & diætis ſeparatis. [q] Ex cauſa epiſcopis ius eſt cuſtodiendorum reorum permiſſum. [r] Adulteri, iure aſyli non fruuntur, *Vide legem ſextam in fine. Codice de his qui ad Eccleſ.* [ſ] ἐκδικεῖσθαι *Scrimger.* immunitatem ſperare *Haloand.* [t] Quod quis deſpicit eo non iuuatur. [u] id eſt, excuſari. [x] Argumentum à minori ad maius. Non fruitur iure aſyli, qui adulter in eccleſiam confugit: multo minus qui in ipſa eccleſia de adulterio tractat.

quod auxilium ex eccleſiaſticis terminis inuenire? ſed omnibus modis iudicibus eos tradi, & pœnam ſuſtinere qua digni ſunt qui ſanctiſſima loca violare præſumunt. Quis enim [a] ibi delinquit, vbi ſalutem petat? Et generaliter diſponimus, vt ſi quis inuenerit ſuam vxorem aut filiam, aut neptem, aut ſponſam [b] in venerandis locis cum aliquo loquentem, & ſuſpicatus [c] fuerit turpis gratia cauſæ eos colloqui: tradat eos defenſori, aut alijs ſanctiſſimæ eius eccleſiæ clericis, vt ipſi ſuo periculo vtraſq; perſonas diuiſim tamdiu cuſtodiant, donec iudex eos accipiat, & ſecundum leges cauſas decernat.

[a] Inuerſa videtur oratio, vt ſit ſenſus, Ne quis ibi ſalute ſperet vbi deliquit.

[b] quod de vxore dicitur interdum ad ſpõſam extẽditur Vt hic.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur per præſentem & in perpetuum valituram legem noſtra definiuit tranquillitas, in omnib. prædictis caſibus valere volumus: niſi tamen nondum [d] aut iudiciali decreto, aut amicabili conuentione deciſa ſunt: quę ſuum robur habere ſancimus. Glorioſa igitur & eminentiſſima auctoritas tua in hac quidem inclyta ciuitate edictis propoſitis ad notitiam perducat vniuerſorum: in prouincijs autem per præcepta ad clariſſimos prouinciarum iudices deſtinata hæc omnibus facere manifeſta feſtinet: vt nullus penitus ignoret quæ pro vtilitate noſtrorum collatorum a nobis diſpoſita ſunt: ita tamen, vt omnibus per propria præcepta pronuntiet: quatenus ſine quolibet iniuſto diſpendio noſtris collatoribus pręſentis legis fiat inſinuatio. Datum 15. Kalend. Ianuar. Domi. Iuſtin. PP. Auguſt. anno XV. [e] Baſilio V.C. Conſ.

[c] De ſola ſuſpicione poteſt quis adulterij cauſa præhendi.

[d] Leges non porriguntur ad caſus ſentẽtia aut trãſactione deciſos.

[e] i. anno 541.

COLLATIO IX.

DE HÆREDIBVS AB INTESTATO [f] venientibus [g], & de agnatorum [h] iure ſublato.

Tit. I.

NOVELL. CONSTIT. CXVIII.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Petro glorioſiſſimo præfecto ſacrorum pretoriorum Orientis.

PRÆFATIO.

PLVRIMAS & diuerſas leges veteribus temporibus prolatas inueniẽtes, per quas non iuſtè differentia [i] ab inteſtato ſucceſſionis inter cognatos ex maſculis & fœminis introducta eſt, neceſſariũ eſſe perſpeximus, omnes ſimul ab inteſtato cognationum ſucceſſiones per præſentem legem clara compendioſaque diuiſione diſponere: itaque prioribus legibus pro hac cauſa poſitis vacantibus, de cætero ea ſola ſeruari, quæ nunc conſtituimus. Quia igitur omnis generis ab inteſtato ſucceſſio tribus [k] cognoſcitur gradibus, hoc eſt, aſcendentium, & deſcendentium, & ex latere: (quæ in agnatos cognatoſque diuiditur) primam [l] eſſe diſponimus deſcendentium ſucceſſionem.

[f] *Vlpian.* 26. *Paul.* 4. *ſent.* 8.3. *Inſti.* 1. *ad fin.* 13. 38. *ff.* 6. 7.8.9.11.12.16. 17. & 6. *C.* 54. 55. 56. 57. *ad* 61:45. *Eclog.* 1. *et* 4. *Harmen.* 7. Porrò hæc conſtitutio definit τὰς ἐξ ἀδιαθέτου κλήσεις *Scrimg.*

[g] *Iulian. conſtit.* 109.

[h] διάταξις ἀναιρῦσα τὰ adgnatica δικαῖα *Scrimg.* De ęqualitate agnatici & cognatici iuris, *Index Reginæ apud Cuiacium.* Ius agnatitium dicitur in lege vltima *Cod. de legitim. hæredib.*

De deſcendentium [m] ſucceſſione.

Cap. I.

SI [n] quis igitur deſcendentium fuerit ei qui inteſtatus moritur, cuiuſlibet naturæ [o] aut gradus, ſiue ex maſculorum genere, ſiue ex fœminarum [p] deſcendens, & ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate ſit: omnibus aſcendentibus & ex latere cognatis pręponatur. Licet enim defunctus ſub alterius poteſtate fuerit: tamen eius filij, cuiuſlibet ſexus ſint aut gradus, etiam ipſis [q] parentibus præponi præcipimus, quorum ſub poteſtate fuerit qui defunctus eſt, in illis videlicet rebus quæ ſecundum noſtras alias leges patribus non acquiruntur. nam in vſu harum

[i] olim differentia fuit, quoad ius ſuccedendi, inter cognatos & agnatos, §.3. *Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* *l.* 4. §. 2. *ff. de gradib.* [k] Tres gradus ſuccedentium ab inteſtato, Aſcendentium, deſcendentium, cognatorum ex latere. [l] *Iulian. d. loco. conſtit.* 109. [m] hinc ſumpta eſt authentica, *In ſucceſſione. Cod. de ſuis.* [n] *l.* 1. *ff. Vnde liberi.* [o] φύσεως, id eſt, ſexus. [p] *l.* 3. *Cod. Vnde legitimi. lege* 4. *Codice de legitim. hæredib.* [q] Liberi, patri (etiam poſito in poteſtate) ſuccedunt, & auum excludunt, quod ad proprietatem bonorum defuncti, ſaluo iure vſusfructus aſcendentibus defuncti, ſi quod eis lege competit.

rerum qui debet acquiri, aut ſeruari, noſtras de his omnibus leges parentibus cuſtodimus: ſic tamen, vt ſi quem horum deſcendentium filios relinquentem mori contigerit, illius filios aut filias, aut alios deſcendentes, in [a] proprij parentis locum ſuccedere, ſiue ſub poteſtate defuncti, ſiue ſuæ poteſtatis inueniantur: tantam de hæreditate morientis accipientes partem, quanticumque ſint, quantam [b] eorum parens ſi viueret, habuiſſet: quam ſucceſſionẽ in [c] ſtirpes vocauit antiquitas. In hoc enim ordine gradum quæri nolumus, ſed cum filijs & filiab. ex pręmortuo filio aut filia, nepotes vocari ſancimus: nulla introducenda differentia ſiue maſculi ſiue fœminæ ſint, & ſeu ex maſculorum ſeu fœminarum prole deſcendant, ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate ſint conſtituti. Et hæc quidem de ſucceſſionibus deſcendentium diſpoſuimus. Conſequens [d] autem eſſe perſpeximus & de aſcendentibus conſtituere quomodo ad deſcendentium ſucceſſionem vocentur.

[a] Nepos patrem repræſentat.

[b] .i. in ſtirpes cõcurrunt cũ ſuis patruis aut amitis, nõ in capita.

[c] Succeſſio in ſtirpes.

[d] hinc ſũpta eſt authentica, *Defuncto. Cod. ad Tertull.*

De aſcendentium [e] ſucceſſione.

Cap. II.

SI igitur defunctus deſcendẽtes quidem non relinquat hæredes, pater [f] autem, aut mater, aut alij parentes ei ſuperſint, omnib. ex latere cognatis hos præponi ſancimus: exceptis ſolis fratribus ex vtroque parente coniunctis defuncto, ſicut per ſubſequentia declarabitur. Si autem plurimi aſcendentium [g] viuunt, hos præponi iubemus qui [h] proximi gradu reperiuntur, maſculos & fœminas, ſiue paterni, ſiue materni ſint. Si autem eundem [i] habent gradum, ex [k] æquo [l] inter eos hæreditas diuidatur: vt medietatem [m] quidem accipiant omnes à patre aſcendentes, quanticunq; fuerint: medietatem verò reliquam à matre aſcendentes, quantoſcunque eos inueniri contigerit. Si [n] verò cum aſcendentibus inueniãtur fratres aut ſorores ex vtriſq; [o] parentibus coniuncti defuncto: cum proximis gradu aſcendẽtibus vocabuntur: ſi & pater aut mater fuerint, diuidenda inter eos quippe hæreditate ſecundum [p] perſonarum numerum, vti & aſcendentium & fratrum ſinguli æqualem habeant portionem: nullum † vſum ex filiorum aut filiarum portione in hoc caſu valente patre ſibi penitus vindicare: quoniam pro hac vſus portione, hæreditatis ius & ſecundum proprietatem per pręſentem dedimus legem: differentia nulla ſeruanda inter perſonas iſtas, ſiue fœminæ ſiue maſculi fuerint, qui ad hæreditatem vocantur: & ſiue per maſculi, ſiue per fœminæ perſonam copulãtur: & ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate fuerit is cui ſuccedunt. Reliquum eſt vt tertiũ [q] ordinem decernamus, qui vocatur ex latere, & in agnatos & cognatos diuiditur: vt etiam hac parte diſpoſita, vndique perfecta lex inueniatur.

[e] *Iulia. d. loco num.* 395.

[f] Liberis defuncto nõ extantibus, parentes defuncti ſuccedũt.

[g] poteſt enim eſſe pater, auus, proauus, abauus, &c. paternus vel maternus.

[h] Aſcendentes proximiores excludunt vlteriores.

[i] poteſt enim eſſe defuncto pater, auus, &c. cum paternus tum maternus.

[k] Aſcendentes æquo gradu æqualiter ſuccedunt.

[l] Æquali gradu poſiti æqualiter ſuccedunt. facit *l.* 8. *ff. de legit. tutorib.*

[m] Cur non ait, paterna paternis, materna maternis aſcendentibus deferri. vt in lege 13. *C. de legit. hæred.*

De ſucceſſione ex latere [r] venientium.

Cap. III.

SI igitur defunctus neq; deſcendẽtes neq; aſcendentes reliquerit, primos ad hæreditatem vocamus [s] fratres & ſorores ex eodem patre [t] & ex eadem matre natos: quos etiam cum patribus ad hæreditatem vocauimus. His [u] autem non exiſtentibus, in ſecundo ordine illos fratres ad

[n] hinc ſumpta eſt authẽtica, *Hæreditas. Cod. de bon. quæ liber.* [o] Fratres conſanguinei defuncti, concurrunt in eius ſucceſſionem cum defuncti parentibus propinquioribus. [p] Inter aſcendentes proximos & fratres defuncti, diuiditur hæreditas in capita. † Olim parentes defuncti ſolidum vſumfructum bonorum conſequebantur: fratres defuncti proprietate. hodie parentes & fratres defuncti viriliter ſuccedunt: & ita abrogatur lex 13. *Cod. de legitim. hæred.* lex vltima in f. *Cod. comm. de ſucceſſionib.* [q] hinc ſumpta eſt authentica, *Ceſſante. Cod. de legitim. hæredi.* [r] V. *Iul. conſtit.* 396. huc refer titulos *ff. Vnde legitim. Vnde agnati.* [s] æqualiter ſc. [t] Fratres & ſorores æqualiter admittuntur ad ſucceſſionem fratris vel ſororis præmortuæ ſine liberis, V. *Rolandum à Valle* 1. *conſi.* 25. *numero* 1. [u] Fratres conſanguinei ſuccedunt defuncto ſine liberis mortuo. Vtque illi concurrunt parentibus defuncti, ita excludunt eius fratres vterinos *Nouell.* 84. *cap.* 1. §. 1. vel eiuſdem patris tantùm. Quod vt melius intelligamus, rem ita eſſe fingamus, Ex Titio & Caia naſcitur Sempronius & Mœuius: mortuo Titio, Caia nubit Aurelio, ex eo Paulum ſuſcipit, poſtmodum nubit Proculo, exq; eo ſuſcepit Plautium. mortuo Sempronio ſuccedet Mœuius, excluſis Paulo & Plautio, quia conſanguineus frater excludit fratres non conſanguineos. Quid ſi Mœuius moriatur? Cum Plautio concurret Paulus: ſunt enim illi duo vterini. Dicamus ita, Titio ex Caia naſcitur Sempronius & Mœuius: eidem Titio ex alia vxore naſcitur

tres ad